

100
Wagner
Pfeiffer

378



APHORISMORUM
DE
S. S. COENA DO-
MINI.

PENTADecas

Annunte altissimo


In illustri VVitebergensi Academia,
sub. presidio

Dn. FRIDERICI BALDUINI,
S. S. Th. Doct. & Professoris publici, Facult. Theol.
Senioris venerandi, Ecclesiarum Electoratus Saxonici Super-
intendentis generalis vigilantissimi & Consistorij Witeberg. As-
sessoris solertissimi. Præceptoris, Fautoris & promotio-
ris sui omni observantiæ cultu jugiter
prosequendi

Publicè ad disputandum proposita a

M. FRIDERICO SCHÖNINGIO Stetinensi
Pomerano, Ecclesiæ Gartzensis designato Pa-
store & Præposito

In Auditorio majore 24. Januarij.



WITTEBERGÆ

Excudebat JOHANNES GORMANNUS,

Anno M DC XXIII.

Errata

VIRIS

*Admodum Reverendis, Clarissimis,
Excellentissimis*

Dn. D. NICOLAO HUNNIO,
Magnifico p. t. Acad. Witeb.
Rect.

*Theologis in Acad. Witeb. ce-
leberrimis, deq. Ecclesia Christi
bene merentissimis.*

Dn. D. FRIDERICO BAL-
DUINO,

*Dn. Praeceptoribus, Fautori-
bus & Promotoribus suis nun-
quam satis venerandis, ho-
norandis.*

Dn. D. WOLFGANGO
FRANZIO,

Dn. D. BALTHASARI MEIS-
NERO,

Ut &

*Amplissimis, Consultissimis & Pruden-
tissimis*

**Dn. Coss. & senatoribus in-
clytæ Reip. Gartzensis,**

*Dominis Fautoribus & promotoribus plurimum
suspiciendis, colendis.*

**Istis pro paternâ admonitione & fideli in studijs informatione,
His pro beneficio sibi nuper exhibito
disputationem hanc.**

in { gratitudinis monumentum,
amoris munimentum,
observantiæ Sacramentum,
erigere voluit.

**M. FRIDERICUS SCHÖNINGIUS Stetinensis Pome-
ranus, Ecclesie Gartzensis designatus Pastor
& Praepositus.**

Fert

*ap. Raur
ul. Sporting
S. Müller & V. Müller
Rector.*





ביחוד

ERT animus doctrinam Ecclesiarum
 nostrararū de S.S. Domini cœna certis in-
 cludere aphorismis, & simul eandem
 à corruptelis & depravationibus, quas
 D. Francius Theologus Francofurtanus in Lam-
 padis suæ Eucharisticæ parte prima sparsim pro-
 ponit, pro modulo nostro absq̃ verborum cincinnis
 vindicare, scommata, sarcasmos, convitia &c. ei
 remittentes. DEVS exercitium nobiscum.

APHORISMUS. I.

COENA Domini meritò inter articulos fidei fundamen-
 tales censetur, & qui de eâ non rectè sentit directè impin-
 git in articulum fidei.

Doctrina autem de Cœna, uti postea explicabitur illa est,
 qua secundum institutionis verba credimus & confitemur,
 quod corpus & sanguis Domini verè & substantialiter adsint,
 & una cum pane & vino omnibus accedentibus distribuuntur
 atq̃ ore sumantur. Hanc doctrinam esse fidei articulum pro-
 bamus: Quodcunq̃ dogma 1. constituit vel explicat causam
 quandam salutis 2. in hac Evangelij luce cum jacturâ salutis
 ignorari non solum nequit, sed cujus etiam dijudicatio prava
 judicium damnationis æternæ, reatum corporis & sanguinis
 Domini contrahit, illud merito inter fidei articulos funda-
 mentales computatur. Dogma de Cœna Dominitale est:
 Medium enim & instrumentum salutis esse ex DEI parte in

A 2

confesso

in de dico. de
 instrumenti etc.



confesso est: Ejus vero ignorationem non solum, sed & pravam dijudicationem perniciosam indicat Apostolus 1. Cor. 11. 29. Directè in articulum fidei impingit, qui de Cœna ita non sentit, quia 1. non in circumstantiam aliquam articuli, sed in ipsum articulum impingit 2. non reductivè sed immediatè ipsis Christi verbis repugnat, & causam salutis destruit.

Per quam igitur abjectè, ne dicam impiè sentit D. Francus de hac controversia, inquiens disp. 2. th. 41. *Tantum abest, ut hæc atq; talia (oralem putat manducationem & corporalem præsentiam) in articulorum fidei censum computari, & ad hos directè vel indirectè, simpliciter vel concomitanter referri possint, ut credamus firmiter, has tanquam abominationes exoletissimas ex animis & mentibus omnium eijciendas, & ab Ecclesie aris focusq; removendas.*

II.

Omni iccirco studio in veritatem hujus articuli inquirendum, quò Christi testatoris majestas & bonitas eò altius animis hominum infigatur, fides nostra fortius consolidetur, & contra adversariorum insultus firmiter muniatur.

Hæ sunt illæ veræ & solæ causæ προκαταρκτικαί, quæ ad intimiorem controversiæ hujus investigationem celeberrimos doctrinæ nostræ assertores impulerunt, nobisq; etiam munus calcar & animum addunt, ut illorum vestigijs firmiter insistentes masculè pro veritate pugnemus. *Si enim testamentum hominis nemo abrogat aut superordinat Gal. 3. 15.* sed apud hæredes in maximo habetur pretio, ejusq; autoritas ab omnibus corruptelis vindicatur, quidni & nos sacratissimum Christi testamentum grata amplectamur mente, & ut sartum retum nobis maneat omnibus enitamur viribus. Quin prodigi salutis essemus, nisi pro eo, quod fidei nostræ munimentum esse debet, tanquam pro aris & focus dimicemus.

Calumniam igitur dicimus insulsißimam, quando lectori D. Francus persuadere conatur *hypocrisis in, Φίλαυτιαν, αὐθιγία, contendingi libidinem &c. in causa esse, quo minus tam diu pax Ecclesiastica & politica obtinere potuerit disp. 2. th. 32. Utinam v. & adversarij hæc crimina intentata facessere juberent,*

sanè

sanè *συψηλίζεις* istæ non ita Ecclesiam alias satis afflictam hodie turbarent.

Monstat verò adhuc alia calcaria D. Francus segnioribus in investigatione hujus certaminis adhibenda disp. 2. th. 6. quæ tamen omnia vix puto quempiam ita acriter stimulare posse. Inter hæc quartum, ut reliqua silentio involvam, crudelitatis & sævitia in Calvinianos nos accusat. *Quartò* inquit *Horribiles, Carnificina indissentientes à Papistis editæ & persecutiones à Lutheranis contra Reformatos excitatæ.* scil. stimulare quempiam debent &c. Verum si accusare sufficeret, quis esset innocens? Ubi locorum? quo autore Lutherano istæ fuerunt excitatæ persecutiones? Respondet quidem, *th. 26. hujus disp. ob oculos versari horribiles carnificinas, flammationes, ustulationes, & alia tormentorum ac suppliciorum genera &c. quibus affecti fuerunt in Belgio, Gallia, Hispania, Anglia, Scotia, alijsq; locis quam plurimis reformatæ doctrina assertores, & Con atq; transsubstantiationis oppugnatores.* Harum verò persecutionum autores si facit Lutheranos D. Francus, ampliter sanè mentitur. Nos potius de Calvinianorum sævitia & nostris & Patrum nostrorum temporibus in Palatinatu, Hassia, alijsq; in locis conqueri jure merito possemus. Non attinet quidem dicere de verâ suppliciorum prædictorum causâ: Certum tamen est, quicquid etiam garriat D. Francus, illos omnes propter hanc controversiâ Eucharisticam minimè fuisse trucidatos, & ita martyrij gloriam esse adeptos, cum alias plurimi Anabaptistarum & aliorum hæreticorum martyribus hisce annumerari deberent. Ita nè vero ad veritatem venandam mendacio instar calcaris uti voluit Francus? Quando *sexto* amplitudinem regnorum, rerum pub. & Principatum, qui sententiam reformatorum amplexi sunt, & adhuc tumentur, homines ad consensum trahere vult D. Francus, sanè ad imitationem & obsequium Alastoris Romani valde se accommodat, ut de nobis loquitur disp. 2. thesi 2. disp. 4. th. 7. Hic enim cum suis gregalibus regnorum & Provinciarum amplitudinem propriè veritatis jactare solet. Nos non hominum multitudine,

tionis subjectum est *ratio Humana*, ideoq; illa non potest omni respectu è Theologia excludi. 2. *Active* tùm *ratione* notitiarum & principiorum naturalium, ex quibus discurrit, tam *ratione* suorum actuum, quibus fertur in ipsas res Theologicas, quas agnoscit. Vide Dn. D. Meisnerum Præceptorem & fautorem observandissimum latius de usu rationis in Theologia discurrentem, in disp. de Calvinismo fugiendo, Proba I. religion. Calvin. c. 2. & in Dica Pontificijs scripta c. 2. p. 106. th. 91

Sic igitur suos constat honos rationi, certis tamen limitibus conscriptus, quem minimè illi cupimus ademptum, quin maximè potius commendamus. Non enim debemus fieri sicut mulus & equus Ps. 32. sed audire & intelligere, probare & retinere, quæ sanè absq; rationis usu perfici non possunt. Verum enim vero si hisce caricellis egredi gestit ratio, & principatum super mysteria quærit, adq; suum tribunal Theologiam vocat, ibi eam maximè ex agro Theologico arcendam esse putamus. Habet seratio in sano usu instar lingulæ in stratera. Lingula non est mensura rerum appensarum, sed pondus alteri lanci impositum, huic si conveniant res appensæ, nec deprimuntur, vel elevantur, tum justam mensuram habere dicuntur. Lingula saltem index & gnomon est, qui testatur merces cum pondere convenisse. Sic mysteriorum divinatorum mensura non est ratio humana, sed unicum Dei verbum & scriptura sacra. Ad hanc normam si quadrat dogma, sanum judicatur & orthodoxum, sin minus, falsum & hæreticum. Ratio tamen humana per naturalem operationem eo usq; ascendere potis est, ut testetur, de consensu seu dissensu dogmatis cum scriptura, licet supremum non affectet iudicium. Et hoc est, quod dicitur ab Apostolo: Omnia probate, &c. 1. Thess. 5. v. 21. Non aliter quoq; statuendum est, de eo, quod D. Francus objicit disp. 3. th. 5. & disp. 15. th. 7. ex 1. Cor. 10. v. 15. *ut intelligentibus loquor, iudicate vos ipsi.* Unde vero iudicium illud desumi debebat? Ex urbis institutionis, ad quæ collimat versu sequente. Sic igitur mensura heterodoxias erat tabula Christi testamentaria: Corinthiaci verò beneficio rationis iudicare poterant, quod ista heterodoxia cum verbis institutionis planè non congrueret.

Sed

Sed hoc ipsum velle videtur D. Francus. Ita enim inquit disp. 15. th. 11. Neq; tamen ijs sumus, qui dominatum aliquem rationi humane stat aminamus, ut adversarij calumniantur: sed hoc tantum cavemus, ne pretextu eliminata & proscripta rationis infanda deliriorum portenta invehantur in Ecclesiam & in animis hominum nutriantur. Rationem destitutam verbo Dei, & eidem aperte contraria motientem, non esse audiendam pronunciamus: Imò hanc etalem fatemur esse execrabilem: ut quæ contra DEUM nitatur. th. 13. At ratio, quæ scripturis munita est, seu quæ ipsa potius scriptura est, vel ex evidentibus ejusce testimoniis hausta, expressa deducta, ea in Theologia nostra utramq; paginam faciat: ea nobis norma & iudex idoneus esto. Nos enim rationabilem scripturam, & scriptam rationem amplectimur.

Responsio I. Incommoda est locutio, quando rationem, quæ scripturis munita est, seu potius ipsa scriptura est, rationabilem scripturam & scriptam rationem, dicit. Nunquam enim ratio ad illud perfectionis fastigium assurgit, ut tota quasi in scripturam mutetur. Licet enim Dei verbo illuminetur, adhuc tamen in illa spissæ manent tenebræ, ut Apostolus omnem nostram *σύνεσιν* non nisi *ἀνογνωσιν* esse innuat. 1. Cor. 13. v. 9. Sic nec ipsa principia naturalia rationis mutantur post regenerationem: Idem enim principium rationis non renata & illuminata, verbi gratia, corpus unum non potest esse in duobus locis, Virgo non potest esse mater, quæ scriptura optimè simul stare posse asseverat, ratio vero acriter pernegat. Quia ergo in principijs non conveniunt ratio illuminata & scriptura, nec ipsa ratio illuminata dici potest scriptura. Multo minus norma & iudex esse potest idoneus, cum in eo potissimum ipsa renovatio mentis consistat, ut primum jam sciat ea, quæ sunt Spiritus Dei, quæ antea non cognovit, secundò, ut in vera humilitate cœcitatem suam demissè fateatur, mysteriorum sublimitatem semper agnoscat, & intellectum sub obsequium Christi captivet. Si ergo assequi non potest ratio etiam illuminata mysterium profunditatem, & tamen iudicium de ijs sibi sumere conetur, annon iudicabit, ut Cœcus de coloribus?



bus? 2. Protestatio D. Franci & asseclatum est contraria fa-
cto: Quid enim magis per totum hunc librum urget, quam
veritatem corporis Christi stare non posse cum presentia in
cœna, quod sanè opus est non renata sed corrupta rationis. Illa
enim, quia in scriptura utrumq; invenit, simpliciter & humi-
liter utrumq; credit, & in solo Dei verbo acquiescit, licet sibi
maximè hæc invicem contrariari videantur: Hæc verò, quia
scripturæ se submittere non cupit, illa contradictoria fingit.
Agnoscit hoc Collega D. Franci D. Bergius in disp. de fundam.
fide th. 252. *Hæc duo, inquit, ore manducari & corpore abesse iudicio ra-
tionis sunt contradictoria. Nō ergo sunt veræ sed apparentes, ratio-
ni scil. non renata, contradictoria. Illuminata quippe pro ὁ-
παλλήλοις habet & ea optime propter dicentis auctoritatem
conspirare novit. Optimū igitur est, ut secundum Chrysostomi
monitum ubiq; Deo credamus, neq; ei contradicamus, etiamsi sensui
& cogitationi nostræ absurdum videatur, quod dicit, superetq; sensum
& rationem nostram.*

II. Patet quoq; exinde, quanti Patrum auctoritas in hac
controversia facienda. Non enim illi relictis & postpositis in-
stitutionis verbis pro arbitris honorarijs habendi, siquidem
*recta fides non Patrum quorumlibet vel antiquorum, vel eruditorum,
vel multorum sententijs, sed sola auctoritate Canonica nititur, dicen-
te Augustino. Fundamento autem ex scriptura posito, An-
tiquitatis testimonia & suffragia facile admitti posse non so-
lum putamus, sed & maximè ad consensus confirmationem
necessaria suademus.*

Non ergo est, quod contemptum antiquitatis objiciat
D. Francus disp. 2. th. 32. Patrum venerandam canitiem ut me-
ritò honoramus, ita nec ei primas debere censemus. Sic enim
& Jehova & Christus ipso monente D. Franco disp. 3. thesi 4.
antiquitatem commendarunt, ut simul ad primam institutio-
nem, quæ est Dei verbum auditores ablegarent. Imò ipsi Pa-
tres, quos citat disp. 2. th. 21. non aliter de antiquitate
judicarunt. Videat potius, ne nimium Patribus tribuendo
B & ex

& ex illorum placitis de hac controversia judicando neglectis interim institutionis verbis (quorum sanè nullam ferrè facit mentionem) Cadmeum Pontificiorum fratrem se præstet, & lampadi huic suæ omne verbi divini oleum subtrahat.

Judicium quoq; hinc desumi potest dereliquis veritatis *αληθειας* thesi 8. disp. 2. positis. Quædam enim nullo modo norma esse possunt, utpote *natura Sacramentorum generalis*, cum talis non detur, sed quodlibet Sacramentum ex propria sede metiendum; quædam malè applicantur & verbis institutionis perperam ut contradictoria opponuntur, ut sunt *analogia fidei & veritas corporis Christi*: quædam planè sunt heterogenea, ut *communio nostra cum Christo natura & conditiones*. Sint igitur & maneat unicum *αληθειας* veritatis ipsa institutionis verba, quibus, ceu firmissimo fundamento hæc doctrina superstructa nunquam corruet.

Antequam hinc abiremus, diluenda quoq; esset farrago calumniarum, quâ D. Francus Lutherum crimosissimè non uno in loco onerat. Verum quia hoc Augiæ stabulū meris mendaciorum fimetis repletum aliquoties non sine nausea à nostratibus purgatum est, D. Francum ad illorum scripta hac vice remittimus, unum hoc diligenter annotantes, quod thesi 22. scribit, *esse status ignorationem, si quis putet, Lutheranos Transsubstantiationem aut Impanationem, vel qualemcunq; aliam affixionem aut copulationem corporis cum pane asserere*. Quoties igitur D. Francus Lutheranis talem inexistentiam corporis in pane affingit, affingit autem sæpissimè, per totum ferè librum, suo ipsiusmet judicio statum controversiæ vel dissimulat, vel ignorat.

IV.

Ex Appellationibus sacre cœnæ vel in scriptura, vel à Patribus usitatis non licet ad ejus essentiam concludere: nisi prius ab omni amphibolia liberentur, ubi tamen adhuc verbis institutionis nihil præscribere possunt ac debent.

Appellationes varias, quibus & in scriptura, & à Patribus cœna Domini insignitur, petat, qui volet, ex libris nostris-

nostratum. Aliquot illarum recenset D. Francus disp. 1. qua
verò intentione patet ex th. 45. Ex hisce tamen velle metiri
naturam hujus Sacramenti absolum videtur: quia plerumq; e-
am non exhauriunt, quædam à Patribus modo symbolis solis,
modo symbolis & rei cœlesti simul induntur, *Ufus* hujus Sa-
cramenti maximus est in consideratione testimoniorum antiqui-
tatis. Patres enim quia non eodem semper loquuntur modo,
mens eorum prius investiganda, postea ad amussim verborum
Christi examinanda.

V.

*Sacramentum cœnæ propriè pertinet ad prædicamentum actio-
nis. Proximum igitur ejus genus est actio.*

Describitur n. verbis activis seu ratione requirentib. Consentit
D. Francus disp. 3. th. 16. ut & in eo nobis est ὁμολογητός, quod
per actionem definiri debeat disp. 3. th. 11. Quare igitur Sacram.
Eucharistiæ in diversis omninò prædicamentis locat, utpotè
1. in Substantia, ubi Bellarmino assentitur lib. 4. Eucharist. cap.
3. cum tamen hic absolutè substantia corporis & sanguinis
non spectetur, sed sub respectu manducationis & bibitionis,
quæ actionem involvunt. 2. in Relatione propter mysticam tum
elementorum, tum rituum significationem, ubi iterum papi-
zat suomet ipsius judicio disp. 3. th. 13. Nos quidem suo modo
poni posse in relatione concedimus Eucharistiam, Non enim
inficiamur, Sacramenta ratione officij & finis esse signa, Pri-
mò tamen absolutum actionis prædicamentum illam inco-
lere asserimus.

VI.

Institutio cœnæ est ἀποτελεσμα τῆς Θεανθρώπου constans
duabus ἐνεργίαις divina altera, altera humana cum commu-
nicatione ad invicem.

Est quippe opus mediatoris, quod ab perficitur utraq;
natura. Christus namq; gratiam non acquisivit solum, sed &
per verbum & Sacramenta applicat.

Quapropter nestorianizat D. Francus, quando disputatione
4. th. 10. 11. concurrere quidem dicit duas actiones divinam & huma-

nam in institutione Sacramenti, acquisitione & applicatione gratiae: Nullam tamen communicationis inicit mentionem. Quin imò th. ii. expressè scribit, per humanam naturam tanquam per *ἕργων* divinitatis derivari gratiam in fideles Christi membra. Ubi tamen mox th. sequenti sibi ipsi contradicens humanitatem Christi dici posse statuit causam principalem Sacramentorum: tum ratione effectuum, quae à gratia procedunt: Imprimis verò ratione habitae ministrorum Ecclesiae, qui potestatem distribuendi Sacramenta à Christo *Θεοῦ ἕργων* accipiunt. Nota hîc ἐν πηγῶν contra Calvinianos: Quicumq; praest Sacramentis, gratiam Sacramentorum applicat, potestatem distribuendi Sacramenta communicat, ille excellentiam & potestatem divinam prosideat & habeat necesse est. Humana Christi natura praest Sacramentis &c. Ergo: Quod tamen alias Calviniani strenuè negant.

VII.
Voluntas Christi omnium optimè ex ipsis testamenti verbis cognosci potest.

Quicquid igitur hisce verbis propriè & secundum *ἡνὸν* intellectis (uti testamenti verba intelligi oportet) continetur & promittitur: Illud ipsum Christum voluisse & promisisse indubitatò statuendum est. Voluit autem juxta horum verborum *Edite, hoc est corpus meum*, simplicem sensum, ut corpus suum ore accipiatur & manducetur, quod sanè, nisi corpus & sanguis adsint praesentia, nulla ratione fieri potest. Voluit igitur & promisit simul corporis & sanguinis sui veram & realem praesentiam. De voluntate ergo testatoris nunc certi de facultate non est ambigendum, quippe non solū verissimus, imò ipsa veritas, sed & omnipotens, ut facere queat ea, quae nos haut intelligimus.

D. Francus postquam disp. 4. ex quibusdam Patribus demonstravit, Christum potentiam suam exerere in eo potissimum, ut nos participes faciat suae naturae, & in se transformet, ac demutet, herculeo nos aggreditur conatu, minitans, se infestam hostium aciem rapturum, ruptam fugaturum, fusam fugatamq; conculcaturum esse. Quae vero illa est? th. 27. introducit eam, dum nos ita argu-

argumentantes facit; *Potest Deus* (scilicet efficere praesentiam corporis Christi.) *Ergo facit.* Sanè tanto impetu haut opus fuisset, quippè hic pugna cum larvis. Quis enim ita argumentatus est? Nos ipsimet novimus, quod non omnia, quæ Deus potest, etiam facere velit. Quocirca non ab omnipotentia, sed à voluntate Christi vim probandi desumimus, ita concludentes: Quicquid Christus voluit, & ordinavit in verbis institutionis, illud ipsum præstare posse, firmiter credendum est. Sed veram, realem & substantialem præsentiam Christus in verbis institutionis voluit & ordinavit. Ergo. Neq; D. Francum latere hoc potest, quandoquidem rationem nostræ consequentiæ hanc esse fatetur. *Potest Deus. Ergo facit, quia dixit,* id est, quia se hoc præstiturum in verbis cœnæ promisit. Hactenus ergo D. Franci minæ in nos fulgura fuerunt è pelvi. Pergit nunc & voluntatem Christi ita it oppugnatam, ut simul potentiam ejus plane abneget. Talem vero opponit arietem. *Quodcumq; Deus non vult, illud non potest facere. DEUS enim noster in cælo est quicquid voluit fecit* Psal. 115. 13. &c. Sed Deus non vult præsentiam corporis Christi &c. Ergo. Minorem probat: *quæcumq; implicat contradictionem, & leges naturæ, destruit illa Deus non potest velle.* Atqui illa præsentia corporis Christi in cœna implicat contradictionem & naturæ leges destruit. *Contradictio enim est, unum esse corpus & esse simul in pluribus locis, eodem simul tempore secundum easdem partes visibile esse & invisibile: simul mensæ accumbere, ibiq; suæ substantiæ terminis & physico loco circumscribi, & tamen etiam extra illum locum, extra suæ substantiæ terminos esse alibi & in pane: adesse corpore & non corporaliter: ut quantum, non tamen quantativè &c.* Ergo. Hæc summa est totius discursus D. Franci th. 30. 31.

Respondeo I. in genere: Argumentum hoc directè Christo opponitur, qui in verbis institutionis voluntatem suam de corporis sui præsentia sat clarè & perspicuè manifestavit, quibus aut firmiter insistendum, aut alia adducenda testimonia, ex quibus de ejus voluntate certiores fieri possumus. Quod factu impossibile est. Et expressum hic habemus exem-

plum, quomodo ex rationis placido contra voluntatē Christi
disputet D. Francus, adeoq; contra se testetur, quod nō sit ex e-
orū numero, qui intellectum sub obsequium Christi captivant,
& humiliter ea credunt, quæ in verbis credenda proponuntur.
Reijcere ergo possemus totum hunc discursum utpote verbis
Christi è diametro contrarium. Dico tamen secundo ad ma-
jorem syllogismi principalis, non simpliciter illam veram esse.
Voluntas enim Dei non determinat ejus potentiam, non enim
ea, quæ vult saltem potest facere, sed etiam ea, quæ non vult.
Sic potuit excitare filios ex lapidibus Abrahamo, potuit mit-
tere legiones angelorum, quorum tamen nullum unquam fe-
cit. Tertio ad majorem prosyllogismi, ordo naturæ non est
divinæ mensura voluntatis. Quis enim aded esset temerari-
us, ut voluntatem Dei cancellis istis naturæ includeret, Deum
quippe in ordinem naturæ redigeret, cum voluntas & essentia
ejus non differant. Multominus contradictoria voluntatem
Dei determinabunt, Ignem esse & non urere, aquam esse &
non fluere, ferrum esse, & natare sunt contradictoria, & tamen
illa maximè Deus voluit & fecit. Contradictoria ergo quæ
Deus nec velle nec posse facere dicitur, rationi nostræ haut
sunt subjicienda & ex ea demetienda, cum naturam rerum
non habeamus, ex asse perspectam & cognitam. Ideoq; quar-
tò ad minorem prosyllogismi respondeo 1. negando illa esse
verè contradictoria, licet nos lateat, quomodo simul vera esse
possint. Unicè adhæremus Christi verbis, quem novimus
mentiri non posse, & ea facere, quæ nostrum intellectum su-
perant. 2. Caro Christi non solum quatenus naturæ legibus
est obnoxia, sed etiam quatenus per unionis & exaltationis
gratiam supra omnes naturæ conditiones evecta, respicienda
est. Ita extra omnem locum & terminum est constituta, nec
ulli inclusioni aut circumscriptioni subjecta, licet maximè
substantiæ terminis sit finita. Hi diversi modi existendi cor-
poris Christi naturalis scilicet & personalis omnem omnino
collunt contradictionem 3. Quædam supra dicta etiam in na-
tura

tura non sunt contradictoria, ut quantum esse, & adesse quantitativè. Modus enim ut à re distinctus est, ita non sequitur, arguari velle à re ipsa ad modum.

Regerit denuò, hæreticorum esse, prætextum quærere in omnipotentia Dei disp. 4. th. 38. & seqq. Verùm abusi isti sunt Dei omnipotentia ad defendendos errores suos. Idem nos facere prius demonstret D. F. quam exemplum istorum hominum nobis objiciat.

VIII.

In dispensatione cœna actio ministri non est divellenda ab actione cause principalis sed ei subordinanda.

Christus ut primus autor est hujus cœnæ, ita adhuc ubi dispensatur præsto est, & verum suum corpus & sanguinem sub pane & vino benedicto porrigit & distribuit. Non tamen hoc immediatè facit, sed manu utitur & opera ministri. Sicut ergo minister non externè saltem per verbi prædicationem aures ferit, sed & corda dicitur aperire, à tenebris convertere ad lucem Act. 26. 18. Salvos homines facere Rom. 11. 14. homines facere credentes 1. Cor. 3. dispensare mysteria Christi 1. Cor. 4. 15. ita nec in dispensatione cœnæ elementa saltem panem & vinum ille exhibet, sed & ipsum verum & substantiale corpus Christi. Par enim est hæctenus verbi & sacramentorum ratio, manet tamen Christus principalis agens, cui operam suam locat minister, ipse interim dignè vescentibus gratiam largitur & interior reficit & exhilarat.

A vero igitur maximè est alienum quod scribit D. F. disp. 5. th. 8. 9. *Sacramenta id est, elementa à ministris, rē verò Sacramenti hoc est, corpus Domini à solo Deo dispensari, Item, Christum virtutem suam & sanctæ hujus actionis efficaciam nobiscum non partiri. Nihil obtinet istis scripturæ oraculis, quibus vel à Christo dicimur conditi ad bona opera Eph. 1. 10. th. 25. vel Johannes Baptista & Apostoli interiorem gratiæ largitionē Christo adscribunt Joh. 1. 33. Matt. 3. 11. th. 14. Aut enim loquuntur de gratiæ acquisitione*

aut

aut ministerium Apostolorum à magisterio & benedictione Christi distinguunt, nullo modo autem separant. Committitur igitur fallacia oppos. dum causa principalis & instrumentalis falsò opponuntur, quæ tamen maximè sunt subordinata.

Objicit regulam Dialecticorum th. 24. quod effectus cause principalis in communi attribui soleant, more quodam loquendi, instrumentis, quæ in virtute, ut loquuntur, cause principalis agant: quamvis virtutem & effectum ejus non attingant. Sed falsissima est. Opponimus ei illam, quæ Thomæ p. 3. q. 29. a. 2. & omnium saniorum Philosophorum: Agentis principalis & instrumentalis est una actio.

Sic minus candidè à D. F. asseritur, Doctores Ecclesie contra Donatistas & hodiernos Pontificios statuentes, ministerium improborum haut esse efficax, se munire ista ratione, quia minister bona celestia in Sacramentis fidelibus non distribuat, ideoq; de communicatione gratie non esse dubitandum. Institutionem Christi urgent, non illam divisam ministrorum & Christi actionem. Ita enim habet regula: Sacramentorum virtus & efficacia non à ministri vel fide vel impietate, sed à solius Dei instituentis dispositione, promissione; & veritate dependet. Istam efficientiam, ut ita loquar, ministro denegamus, non vero efficacem & fructuosam sacramentorum distributionem. Ex quo fundamento ipse Optatus Milevitanus Afer disputat th. 26. Nulla idcirco ratione accusari possunt ministri, quod sint aucupes glorie plusquam humane sanctitatis præcupidi captatores, qui ex Dei voluntate & institutione sunt οὐρέγοι & dispensatores mysteriorum.

Inferit hic quæstionem D. Francus, An minister seipsum possit communicare disp. 7. th. 21. Approbat. Nos consentimus si consuetudo Ecclesie postulat. Secus propter rationes à P. Largo in Schola fidei articulo 10. adductas in partem descendimus negantem. Approbationi vero sua exemplum Christi suffragari arbitratur, qui ipse quoq; de pane, quem consecraverat, edit, & ex poculo eodem cum discipulis bibit. Probat ex Matth. 26. 29. & Marc. 14. 25. Cui & Patres quosdam calculum addere suum gloriatur, & Pontifi-

ut negandum est.
quod prima ratio
sumens
est & baptisma seipsum
de & non cano
in seipso absolventem
sensu in religione
sunt alii, ministri
na
invenimus quod ministri
informantur in fide, et administratione, sicut et in Ecclesia

Pontificios, quorum rationes vide th. 32. & tandem probabiliter ex hac ratione concludit, quia Christus reliquorum tum Veteris cum Novi T. Sacramentorum factus est particeps, probabile esse, noluisse eum, hoc postremum sui corporis spirituale & mysticum sacrificium negligere th. 33. Hæc verò hunc in finem tam prolixè persequitur, ut postmodum ex hac hypothèsi in veram ac realem corporis Christi præsentiam debachandi ansam habeat, ut patet ex th. 33. Respondeo: Lucas qui accuratiori temporis observatione historiam Christi describit, ista verba refert ad cœnam veterem capite 22. v. 15. Ad Patrum dicta respondemus cum Selnecero part. 4. exam. pag. 369. Singulares opiniones Patrum non constituunt articulum fidei, & cum Evangelistæ contrarium dicant, credendum est illis & non aliis. Testantur autem Evangelistæ, Christum ipsum non comedisse panem benedictum cœnæ, sed discipulis dedisse. Hieronymus in cap. 16. Matth. in diversam abiit sententiam; Nec argumento illo probabili adeò movemur scientes, diversam reliquorum Sacramentorum & cœnæ dominicæ rationem, quam vide sis apud D. Hunn. de Cœna Domini pag. 1132. 1133. & D. Hür. in Form. Conc. p. 5087. Vacillante igitur hac hypothèsi, quæ superstruuntur, subsistere haud valebunt.

IV.

Materia seu res substantiales, quæ in cœna Domini exhibentur & accipiuntur sunt I. Externa symbola in oculos incurrentia, Panis & vinum ad hanc actionem expresso Christi verbo ordinata, deinde verum & substantiale corpus & sanguis Domini.

Sumpto enim pane dixit Christus: Edite, hoc est corpus meum, & porrecto calice, inquit: Bibite ex hoc omnes, hic calix est N. Test. in meo sanguine.

D. Francus disp. 3. th. 24. juxta August. regulam duo ad essentiam Sacramenti cujusq; requirit, nempe Verbum & Elementum. Verum enim vero non αἶνον οὐσα τινὸν sed ποιητικὸν hisce innuit Augustinus, de essentialibus enim cœnæ quando loquitur aliter

aliter se explicat: Hoc est quod dicimus, inquit, quod modis omnibus approbare contendimus, Sacramentum hoc duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & invisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, in sentent. Prosp. Cæterum ἀνομολογία est Sacramentum pro actione sumere, & tamen statuere, illud hisce tribus nimirum Verbo, signo & Resignata absolvi, sub hac enim ratione, significationis scilicet, ipse factus est pertinere ad relationem th.16.

X.

Elementa secundum substantiam mutari non debent, licet eorundem accidentia variari possint.

De his ut nullum exstat vestigium vel mandatum in institutione, ita nec præcisè ad ea obligamur. Nihil igitur interest, an panis sit rotundus an longus, an parvus an magnus; an fermentatus, an azymus, modo sit ex farina & aqua subactus & vi ignei caloris pistus: an vinum sit album an rubrum, modo sit genimen vitis Matt.26.29. Totum enim hoc genus liberæ habet observationes est Augustini regula epist.118. ad Januarium. Quapropter cum in nostris Ecclesijs usurpemus panes licet minutulos, ex aqua tamē & farina subactos, virtuteq; caloris ignis pistos, adeoq; ipsam substantiam panis habeamus, insulsissimā dicimus calumniam, quæcunq; D. Francus disp.10. contra panē nostrum effutivit. Ita verò oggannit th.20. *Quodcunq; nec nomen, neq; naturam & proprietates panis non habet, illud verus panis esse nequit. Hostiæ neq; nomen neq; &c. Ergo, Membrum minoris I. Probat, quia panis dicitur à pascendo, quod famem sedet. Hoc vero non convenit in hostias. Ergo, Sed mi D. France præterquam quod à conjugatis non firma ducantur argumenta, notatio hæc à fine desumpta est, nos vero de ipsa substantia quaerimus. Et licet, si in justa quantitate sumantur hostiæ, maximè famem sedare & corpus sustentare valeant, non tamen illum finem hic spectemus, quippè naturalem: sed Sacramentalem novimus, quo juxta institutionem panis & vini*

num.

num ὀχλήματα esse debent corporis & sanguinis Christi, ut
postea dicitur.

II. memb. min. probat th. 22. quia' ad nullum genus pa-
nis hostia referri potest. Est panis gregarius, est fermentatus, est furna-
ceus, est subcineritius, carbonarius, nauticus &c. Nulla tamen præ-
dicata istorum generum ad hostiam applicari possunt. Verum diffe-
rentiæ accidentales panum, quales sunt esse gregarium, fer-
mentatum, azymum &c. possuntne dici genera panum? Et ex
hisce differentiis accidentalibus negatis ipsane natura panis
rectè negatur? Absurdus est, qui hoc asseverat. Deinde, quid
vetaret, quod panem nostrum non diceremus azymum, & si-
milagineum? III. Memb. min. prob. extat th. 29. in qua
omnes proprietates panis hostijs à D. Franco adimuntur, Quæ
tamen tantum abest, ut proprietates sint essentielles, vel con-
stituentes, vel consecutivæ (quas tamen esse oporteret, si ex-
inde à natura panis hostiæ excludi deberent) ut potius sint ac-
cidentia quædam externa, quæ à minore hostiarum quantita-
te ortum suum trahunt.

Adhuc alia ratione fugillat hostias disp. II. th. 29. 'quia
scilicet non habeant spiritualis nutritionis similitudinem, Patet au-
tem ex superioribus dictis, ut & postea manifestum evadet tum
finem illum naturalem, tum analogiam istam inter panem &
corpus hic planè exulare, quia hic aliud panis officium Sacra-
mentale substituitur, licet secundarium illum significationis
suo modo non negemus. ~~καρπία~~ ergo & πανσπρία, est, quan-
do D. Francus instar canis cujusdam rabiosi panem hunc no-
strum arrodere satagit.

Insuper manifesta hic se prodit D. Franci hypocrisis, &
litigandi κακόνδεσ. Quando de qualitate panis quæritur, &
ratio exigitur, quare reformati non utantur pane azymo, quem
tamen Christus ipse adhibuit, Resp. I. D. Francus disp. II. th.
16. quod germanus Christi interpret Pualus in 1. Cor. 5. 7., qui locus
tamen non video qua ratione ad Eucharistiam accommodetur ipso at-
testante Pareo, satis ostendat, institutionem Sacramenti Eucharistiæ

καρπία

ad exemplum Christi, (quod azimitæ urgent) in hoc negotio præ-
cisè tenendum nos nequaquam obligare. Expurgate, inquit Apostolus,
vetus fermentum &c. Quare satis habemus, si expurgamus corda, ut
simus nova creatura in Christo, 2. Exemplo Apostolorum in circum-
stantiis aliquid mutari posse ostendit, ut essent libertatis nostræ à Chri-
sto partæ indices & testimonia th. 17. & disp. 12. th. 12. valdè pro-
bat dictum Mornæi de libertate Christiana vindicanda. Insu-
per mystionem aquæ & vini sub prætextu libertatis Christia-
næ propugnat disp. 12. th. 12. &c.

Quare igitur nostris Ecclesijs dicam tam grandem scri-
bit, & nescio cujus sacrilegij & criminis reas arguit, quando in
panis quantitate Christianam assertam volunt libertatem.
Hocine est camelum deglutire, & excolare culicem?

XI.

Officium Sacramentale panis & vini est, ut per verbum Christi
& communi usu separentur, sanctificentur & destinentur ad perceptio-
nem & distributionem corporis & sanguinis Christi &c.

Sicuti Christus mediante pane & vino corpus & sangui-
nem suum comedendum & bibendum dedit discipulis: Ita
adhuc ista sunt medium & organum, quibus nobis cor-
pus & sanguis Domini offertur, Unde significanter à Paulo di-
citur: Panis est *κωμωία* corporis Christi hoc est mediante pane distri-
buitur Christi corpus unitum. Cor. 10. 15. In cassum igitur labo-
rat D. Francus prolixa illa signorum Sacramentalium nomen-
clatura & descriptione disp. 8. & 9. proposita. Vigore namq;
institutionis negamus panem & vinum primò & principaliter esse
signa. Primò dico, quia non inficiamur secundariò & ex
consequenti, posse esse elementa signa & figuram corporis
Christi, quandoquidem externis illis signis corpus & sanguis
Domini velata distribuuntur. Ubi, igitur ille sacer panis
est, cui Sacramentaliter unitum est Christi corpus, ibi certè
colligitur esse corpus Christi; & ita ex consequenti elemen-
ta sunt signa & figuræ corporis Christi. Quo pertinet signo-
rum distinctio, qua alia saltem sunt *σημαντικά* per adorna.
In

In horum non illorum numero hæc sunt elementa, nisi ean-
dem signorum rationem vet. & N. Testamenti, imò nisi signa V.
T. clariora esse velis N. T. signis. Et hoc sensu orthodoxi Pa-
tres citati, panem & vinum vocarunt typos, figuras &c. non
quia corp9 Christi absens figurent seu adumbrent, in hoc enim
respectu expressè figuras reiiciunt, ut videre in Euthymio, Da-
masc. & Theophyl. sed quod sint externa symbola, figuræ &
species, quibus corpus & sanguis Christi quasi vestiuntur, &
velantur, ijsq; mediantibus nobis exhibentur, & à nobis acci-
piuntur. De exhibitione cum Sacramenti quando loqu-
untur, perspicuè duarum rerum faciunt mentionem, & tam
clarè & magnificè de corpore & sanguine Christi gloriantur,
ut elementorum quasi obliti vix aliquid de pane & vino vide-
antur agnoscere, ita ut Pontificij inde arripuerint occasionem
commenti sui de transubstantiatione elementorum. His igitur
prohè observatis tota disp. 8. & 9. D. Franci in fumos
abit.

Vanus quoq; & nullius utilitatis labor est, quod tanto pe-
re in naturam signi generalem disp. 9. à th. 14. usq; ad fin. &
specialem signorum sacræ cœnæ disp. 18. à th. 7. inquireat. De-
monstret prius. Sacramenta N. T. potissimum autem cœnam
principaliter in significatione consistere. Audiemus tamen
quid dicat.

Disput. 9. th. 18. cuiusq; signi Sacramentalis naturam
positam esse contendit, 1. in significatione & disp. 18. thesi 7. ad
symbola panis & vini accommodat, subnectitq; specialis hu-
jus accommodationis rationem, naturam Sacramentorum
generalem Respondeo ex Aph. 2. *De cuiuscunq; Sacramenti rae-
tione & natura ex propria sede judicari debere, cum generalis Sacra-
mentorum natura non detur, quin in hac significatione Sacramenta N.
& V. testam. differant.*

II. *In analogia signorum ad res significatas* disp. 9. th. 19.
Quod iterum de symbolis sacræ cœnæ affirmatur disp. 8. th. 9.
Additur, quod, *quamvis ex natura & conditione symbolorum hæc a-
nalogia dependeat, non tamen locum hic haberet, nisi illa per consecra-*

tionem ad hunc usum ex Christi institutione & Ecclesie fide atq; consensu destinarentur. Resp. 1. De analogia institutio cujusq; Sacramenti, in primis vero s. cœnæ tacet. 2. Natura & differentia Sacramentorum V. & N. Test. evertitur. 3. In protasi hujus ἀναλογίας ponitur facultas naturalis panis & vini, quæ etiam extra Sacramentum locum habet, nec 4. per consecrationem ad hunc usum destinatur, siquidem nullum de eo in institutione extat verbum 5. Sacrificia ac typi reliqui V. T. cum Sacramentis propriè sic dictis confunduntur. Vid. Menz. tom. 2. Gisenf. disp. 6. th. 49. Ex hac analogia jam ex opinione D. Franci manat Permutatio nominum disp. 9. th. 24. & in specie de symb. s. cœnæ disp. 18. th. 12. ita ut jam symbola Sacramentalia nominentur secundum permutationem quandam nominum corpus & sanguis Christi. Resp. 1. Negatâ illa analogia potissimum in Sacramentis N. T. nulla erit nominum permutatio. 2. si maximè concederetur analogia quædam, nondum tamen inde nosceretur ἐναλλαγή ὀνομάτων. In Baptismo aqua ut symbolum analogiam quandam habet cum re Cœlesti, S. S. Triade vel sanguine Christi, propterea dicendum erit, aqua est Trinitas, aqua est sanguis Christi? Phrasis hæc scripturæ & Ecclesie ignota. 3. Discernendæ hoc loco sunt locutiones ἐγγραφαί ab ἀγράφαις. Illæ enim propriè sunt exhibitivæ, ut quando Christus dicit, accepto pane; Edite, Hoc est corpus meum. Ubi per Hoc totum complexum panis scilicet & corpus notatur, ut sic nullo modo analogia locum habere queat, panem enim hic medium distributionis notare qui non videt, talpa cœciorem esse oportet. Unde Paulus dixit, Πάνημ κοινωνίαν corporis Christi 1. Cor. 10. 4. Aut per nominum permutationem intelligit, quod unum pro altero ponatur, aut quod unum pro altero prædicetur. Prius si dicit, tū quando figurata hæc locutio in propriam resolvitur, pro voce corporis ponenda est vox panis, & vicissim pro voce panis est ponenda vox corporis, adeoq; talis resultabit propositio; Panis est panis

nis, item corpus est corpus, quæ sanè turpissima est ἀδολέσχια.
Posterius si affirmat, confundit affectionem Logicam & Rhe-
toricam. Non enim signum de signato propriè prædicatur,
ut non dico: Corona est regnum, sed signum pro signato po-
nitur, ut quando dico: Ferdinandus habet coronam Imperij
Romani ponitur pro eo. Ferdinandus habet Imperium Roma-
num, seu Ferdinandus est Imperator Romanus. Taceo, quod
si maximè prædicetur, non tamen hoc fiat in casu recto sed
obliquo. *Facessat igitur superciliosa illa & Thraonica gloriatio,*
quasi hac permutatione nominum ita firmiter prememur, ut Glabi
non possimus, disp. 18 th. 12. Patrum consensum, ad quem di-
sp. 9. th. 28. & 30. provocat, quod attinet, asseveramus, to-
ties illos propter unionem Sacramentalem panem dixisse cor-
pus Christi, quoties præsentiam & exhibitionem corporis
Christi in loco cœnæ urserunt, quoties collationem institu-
unt inter unionem Personalem & Sacramentalem. In specie ad
testimonia Patrum responsum est in refutatione Orthod. Conf.
Raban. p. 177. 178. 204. Bertrami p. 181. usq; ad 187. Cypriani p.
463. Theodoret 637.

III. Ad signorum Sacramentalium specificam rationem
secundum D. Francum disp. 9. th. 33. verb. & hoc spectat, quod
panis verbi gratia, corpus Christi revera quoq; exhibeat, ejusq; exhibitio-
nem obsignet, Ratio est: quia omnia Sacramenta sunt etiam pignora,
signacula imò organa gratiæ, quibus mediante bona spiritualia no-
bis communicantur. Unde sanè fit, ut panis dicatur κοινωλία corpo-
ris Christi, & vinum κοινωλία sanguinis Christi. Idem repetit
disp. 18. th. 22. Resp. Non unus hic latet error 1. Præpo-
stero ordine elementorum rationem 1. in significando 2. in
ostendendo, 3. in exhibendo consistere dicitur, cum
tamen vigore verborum institutionis exhibitio fit
primarius, significatio vero & ostensio secundarius ele-
mentorum finis &c. II. Subdolè per corpus gratia & bona

spiri.



spiritualia intelliguntur, cum tamen in relatione ad elementum ut signum non gratia & fructus Sacramenti, sed corpus essenziale Domini sit signatum. Ideoq; 3. id quod totius sacramenti est, alteri ejus parti ascribitur. Exhibere enim gratiam & obfirmare eandem ad totum spectat Sacramentum, non solum ad signum ad panem & vinum, sed etiam ad signatum, ad corpus & sanguinem 4. Falsò interpretatur, *κοινωνία* per spirituales communicationem, cum de distributione & acceptione corporis in actione sacrae coenae intelligenda veniat. 5. Sibi contradicit, quando specificam rationem exhibitionem esse dicit, & tamen eam abesse posse statuit, scilicet, si legitime non usurpetur, quasi verò rei essentia propter usum vel abusum mutetur, quasi usus signorum ab usurpante, non verò ab instituyente dependeret. 6. Malè concludit ab obfirmatione ad exhibitionem, cum tamen quid obfirmans esse possit, licet non revera sit praesens, sicuti Aretius part. 2. problem pag. 441. Sacramenta saltem statuit signantia non exhibentia.

Hæc fuit officij Sacramentalis elementorum juxta D. Francum descriptio, quæ secum pugnare videtur, Ita argumentor: *Nullum instrumentum est ejus rei cuius est in instrumentum finis vel adjunctum, & vicissim nullum adjunctum & finis est instrumentum &c.* Panis est instrumentum exhibitionis corporis Christi. Ergo non potest esse signum, quod est adjunctum & sigillum, quod est finis; vel: si est signum corporis & sigillum, non potest esse medium seu instrumentum exhibitionis. Hac vero descriptione præmissa erumpit D. Francus & stentorea voce clamat sibi & suis fieri injuriam, quando accusantur, quod ex pane & vino signa mera & nuda faciant in I. coena, allegat suorum verba disp. 18. thesi 24. &c. in quibus symbola non solum dicuntur signa sed & instrumenta gratiæ: accusat nos stuporis, quod non possimus distinguere inter explanationem locutionum Sacramentalium; & inter rerum ipsarum exhibi-

exhibitionem ac prestationem disp. 9. th. 35. de objecto nos consentire
ga rit, de modo vero exhibitionis seu presentia dissentire, imò, nos
ex satanico stupore & favore AntiChristiano putare crocitat, quasi
Corpus Christi nobis aliter dari non possit, quam per ingestionem ejus
in os & trajectionem in stomachum th. 38. Sanè graves sunt hæ
accusationes, à quibus tamen nullo negotio liberare nos pos-
sumus. 1. enim inanis & anilis est querela, & puerilis igno-
ratio elenchi. Nos illos accusamus, quod ex altera parte sa-
cramenti nimirum ex elementis faciant nuda signa, quia ne-
gant simul cum illis accipi & manducari, verum & substan-
tiale corpus Christi. Quærimus igitur de officio elementor-
um sacramentalium, ille vero respondet de toto sacramen-
to, deq; ejus fructu & usu, Ita nos quærimus de cepis ille re-
spondet de alliis. 2. Stuporis merito reus agitur D. Francus,
quando distinguit inter explicationem locutionum sacramen-
tialium & rerum exhibitionem. Unde certus est de ex-
hibitione istarum rerum? nonne ex verbis cœnæ: qualis igitur
istorum est explicatio, talis rerum exhibitio, hoc est, si
verba cœnæ tropicè exponuntur ita, ut corpus non ipsam
substantiam corporis denotet, sed metonymicè signum po-
natur pro signato, sequetur & metonymica & tropica exhi-
bitio, hoc est, non corpus, sed signum corporis exhibebitur.
Ita argumentor: *Illud omne & solum in cœna exhibetur, quod ver-
bis Christi comprehenditur: Edite, hoc est corpus meum &c. Atqui
secundum D. F. panis & vinum figura & signum corporis Christi saltem,
non ipsum corpus istis verbis comprehenditur. Ergo &c. Eat jam
D. F. & videat ne dum tropum saltem in verbis & locutionibus sa-
cramentalibus, non vero in rebus ipsis ponit disp. 19. th. 23. pueriliter
confundat notiones primas cum secundis, hoc est res ipsas
cum terminis rerum. Juxta enim suam hanc distinctionem
Christus solum notionem secundam & terminum hunc si-
gnum esse absq; notatione rei adhibuisset, quod ἀτόπῳ ἀτό-
πῳ τῷ ἑσθῆναι. Manet ergo, quod nuda & mera signa, non vero
ipsum corpus & sanguinem Christi in cœna relinquat.*

Cæterum & hoc planè frivolum est, quod de objecto seu i-

D

pso

pso corpore Christi invicem consentire, de modo vero exhibitionis seu presentia dissentire garrit disp. 9. thes. 36. Ità argumentor: Quicumque negat verum & substantiale Christi corpus ore accipi, sanguinem Christi realem & substantialem in ora communicantium fundi, is non consentit cum Lutheranis de objecto cœnae seu ipsa presentia corporis Christi. Ratio manifesta est, quia hi de reali & substantiali corpore Christi loquuntur, quod ore manducari debet non autem potest, nisi sit verè præsens. Nulla enim substantia, nisi verè præsens, manducari potest. Sed D. F. hac ipsa thes. expressis verbis negat corpus Christi ore accipi, sanguinem Christi realem & substantialem in ora communicantium fundi. Ergo.

Satanico verò furore agitatum credimus D. F. quando nobis affricat, quasi opinemur, Christi corpus non aliter nobis dari posse, quam per ingestionem ejus in os. Quis enim eò dementia perveniret, ut DEUM ad hunc solum modum alligatum esse putaret, nec facilè illi futurum, si quaquam alia ratione nos corporis sui participes reddere velit.

Regerit in civili vita exempla esse obvia, ubi cum signis conferuntur signata, licet realiter, substantialiter in illis non lateant, exempli gratia, arrha annon signum exhibitivum? corona novo Regi imposta an merum signum? Investitura per baculum, annulum, sceptrum an sunt mera ludificationes? Sceptrum quo confertur provincia, pallium quo Episcopatus, &c. & hujusmodi alia an mere signa nuda & inania reputamina, &c. Respondeo: Si locutiones hæ ad Christi sermonem conformentur, dicendum esset, sumptâ coronâ; hoc est regnum sumpto pallio, hoc est, Episcopatus, sumpto sceptro, hoc est provincia. Quæ locutiones planè sunt insolentes: Et si maximè in usu essent, prius tamen de istis inter omnes constaret. Unde vero innotuit Apostolis in hac propositione: Hoc est corpus meum, per corpus intelligendum signum corporis, cum quo simul offeratur gratia & remissio peccatorum. Deinde, illa omnia nullo modo dici possunt signa
exhibi-

exhibitiva. Arrha contractum vel rei dationem longè ante factam obsignat, Corona oblatis imperii insigne est, sic annulus, sceptrum, pallium post regni & Episcopatus acceptationem demum offeruntur; ita in actibus Academicis prius gradus confertur, post demum illa insignia adhibentur.

Disp. 18. th. 29. ex Rom. 4, 11. instituit collationem inter justiciam fidei & corpus Christi. Scribit; *sicut illa vera Abrahamo erat præsens, nec tamen in eo essentialiter: Ita corpus Christi verè præsens, nec tamen secundum substantiam inter manus & ora vescentium versatur.* Respondeo: Non rectè justitia fidei cum corpore Christi comparatur, Illa quippè ad fructum seu finem, hoc ad essentiam sacramenti pertinet. Ità debebat institui collatio: Sicut justitia fidei Abrahamo per circumcisionem est facta & obsignata, sic remissio peccatorum per cœnam verè offertur & obsignatur.

XII.

Res altera essentialis & cœlestis est verum naturale & substantiale corpus Domini, quod traditum pro nobis est & crucifixum, & verus sanguis Domini, qui effusus pro nobis in remissionem peccatorum.

Istis *περὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος* describitur corpus & sanguis, ut non aliter quam de substantia accipi queant, quas descriptiones vide alibi latiùs explicatas.

D. Francus in diversam hîc abit sententiam. Disput. 13. thes. 37. quærit, *an corpus & sanguis Christi sint de essentia cœnæ &* Respondet, *Si relative cœna sumatur, quomodo sanè in rigore sumenda, corpus Christi non esse de essentia cœnæ, sed terminum, correlatum & finem: Si vero sumatur pro actione interna & externa, (hoc est, pro ritu illo visibili orali panis & spirituali corporis manducatione) tum maximè corpus Christi esse de essentia cœnæ, licet alterius partis, nempe corporalis manducationis panis sit finis & fructus.* Respondeo, 1. quia potissimum in significatione & in
D 2 relatione

relatione cœnam ponunt Calviniani sequitur, quod hoc ipso
excludant corpus Christi ab essentia cœnæ. Quoad 2. dico,
præterquam, quod duas cœnæ actiones faciat, easq; distra-
hat, & hoc loco corpus Christi à cœna relegat, spiritualis
quippè manducatio, quæ sola corpori Christi hic adscribitur,
non ad essentiam sed ad finem seu fructum spectat, Et valdè
ineptum est dicere, corpus Christi esse simul partem
essentialem & fructum seu finem cœnæ. Idem enim est, ac si
dicerem, Finis est materia, causa externa est interna. Σολ-
λὴβδω dicendo non corpus absolutè consideratum sine connotatio-
ne aut respectu alicujus circumstantiæ, sed prout est traditum, cruci-
fixum, mortuum in remissionem peccatorum rem facit sacramenti, ut
expressè se explicat th. 3. disp. 13. Respondeo 1. Confundit
prædicamentum substantiæ & relationis, & pro quod substituit
quatenus, descriptiones vero corporis aliud innuunt, quod
non nisi ipsi corporis substantiæ attribui potest. Et quid di-
cet de parte sacramenti altera, prout eam Lucas & Paulus ef-
ferunt, Poculumné hic consideratur, quatenus effusum est,
an verò quatenus in se comprehendit ipsum essentialem Chri-
sti sanguinem? 2. Quodcunq; est formale corporis, quate-
nus fide & spiritualiter manducatur, illud non potest esse,
formale quatenus sacramentaliter editur, nisi ἀιπαδεύτως
spiritualem & sacramentalem manducationem dixeris ean-
dem. Sed corpus, quatenus est crucifixum, traditum pro mun-
di vita, est formale manducationis spiritualis. Ergo. 3. Ex
hac interpretatione contra explicationem verborum cœnæ
Calvinianam ita arguo: Corpus Christi in cœna nobis ex-
hibetur quatenus pro nobis est traditum. Sed eatenus non
est signum sed verum Christi corpus. Ergo nec signum cor-
poris, sed ipsum verum corpus intelligendum. Notandum
hic ἐν παρῶδω circa R E M sacramenti subinde æquivoca-
tionem occurrere. Nonnunquam enim per rem sacramenti
innuitur spiritualis usus & fructus, nonnunquam verò ipsa
substantia sacramenti constans ex utraq; parte essentiali ter-
rena & cœlesti. D. Francus semper intelligit fructum per
rem

rem sacramenti, & sic corpus Christi dicendo rem sacramenti ab essentia cœnæ secludit.

Invehit hic iterum in nostras Ecclesias, easq; accusat, quod verum corpus Domini ex cœna auferant & tollant. Perस्पiciemus, quibus fundamentis?

I. Disp. 13. th. 4. & 5. ita infert. *Cuicumque corpori variisq; diversissimi essendi modi accommodantur, illud non manet amplius verum corpus, quia uni corpori non nisi unus modus essendi convenit. Lutherani autem corpori Christi varios eosq; diversissimos essendi modos attribuunt.* Ergo. Respondeo: Simpliciter negando minorem. Ut enim unum corpus Christi fatemur, ita etiam unum essendi modum ei convenire docemus. Sed inquit th. 6. *Attributis uni eidemq; corpori Christi essendi modum partim definitivum, partim repletivum, partim circumscriptivum.* Suntne vero illi modi essendi D. France. Fallis & falleris, dum hoc opinaris, Alius est modus essendi, alius adessendi seu alicubi essendi. Per illum ut res est, ita multiplicato illo res ipsa multiplicatur, hic verò saltem est affectio entis superaddita, quæ rem nec variat, nec multiplicat. Modi jam enarrati omnes sunt modi adessendi & pro talibus, non pro modis essendi à nostratibus venditantur. Rem ipsam quod attinet, aliquoties à Theologis nostris ex scriptura ostensum est, quomodo pro diversitate statuum, in quibus corpus Christi considerandum venit, ei diversi modi adessendi rectè adscribantur, & quam ob causam Lutherus has ipsas adessendi modos ex scholasticis mutuatus fuerit, nimirum ut demonstraret, quam crassi stupidiq; sint, qui non nisi unicum illum circumscriptivum præsentiam modum corpori Christi relinquunt, ac proinde veram in cœna præsentiam inficiantur. Objicit, *modo essendi repletivo obstare finitam essentiam carnis, eaq; dicta, quæ testantur Christum juxta Humanitatem fuisse non in duobus, nedum omnibus locis, ascendisse in cœlum &c.* th. 18. disp. 13. Quid vero obstat, quo minus nec finitas humanæ naturæ unionem ipsam prohibeat? Si hosce adessendi modos discerneret D.F. ex dictis, illis, nihil absurditatis ad nos deferri deprehenderet. At re-

gerit th. 7. Sicut impossibile est, circumscriptivè DEUM esse in loco, sic creaturam, utpotè angelum vel hominem &c. repletivè alicubi esse abominabile dictu est atq; execrandum &c. Respondeo: Diversa omninò est ratio, quam vide apud Scheiblerum in Metaph. libr. I. cap. 17. DEUS istis creaturarum legibus non potest subjici, creaturis verò à DEO aliquid perfectionis addi potest. Calumnia est, quando nugatur th. 19. & 20. argumenta ubiquitariorum & nugatorum seu hereticorum veterum esse similia, & illos antiquos Marcionitas, Valentinianos, Eutychianos &c. nostris esse modestiores affirmat. Quare igitur non in medium producit argumenta, & has suas nugas quodammodo probat? De Eutychianis constat, quod à Patribus refutati sint ex hoc cœnæ articulo: Sicut duæ partes sunt in cœna, symbolum visibile; & invisibilis caro Christi, quæ non invicem miscentur, nec distrahuntur; Sic etiam duas esse naturas in Christo, quæ nec miscentur, nec separantur. At verò & Patres illi invisibile, & quoad locum incircumscriptivum agnoverunt corpus, & tamen Eutychianos dextrè profligarunt, qui tale corpus, quod aeri, fulgori, luci, sono esset persimile propugnarent.

II. Quicumque negant, proprietates essentielles corporis, illi corpus è cœna auferunt. Sed Lutherani hoc faciunt. Ergo. Ad minoris assertionem nihil addit, facilè verò suspicari licet, de quibus proprietatibus loquatur, scilicet de circumscriptioe loci. &c. Resp. Per minoris inficiationem. Tantum enim abest, ut corpori Christi proprietates essentielles tam constitutivas, quam consecutivas adimamus, ut potius firmiter credamus, Christi corpus veram & essentialè adhuc retinere naturam corporis humani. Istæ verò proprietates, quas innuit D. Franc. minimè sunt essentielles. Actu enim circumscripti, videri, palpari corpori non competunt per naturam. Sed quatenus hujus mundi imbecillitatibus fuit obnoxium.

III. Nihil ad nos, licet in eo nulla sit consecutio. Non enim

nihil imaginabile
Scheibler p. 194.

enim valet: Qui negant permanentiam durabilem in nobis,
illi negant corpus Christi &c.

Progreditur & magna cum protestatione contendit, ore
ac corde profitetur, se verum, reale, substantiale, naturale corpus
quod ex sancta virgine assumptum &c. quod differentias omnes loco-
rum ferè complexum est, & deserto alio loco in alium concessit &c.
quod deserendo hunc inferiorem mundum ad caelestem gloriam trans-
latum est, &c. hoc ipsum & non aliud verum & nobis consubstantia-
le corpus fatetur se accipere in sacramento cœnae disp. 13. thes. 29. &
thes. 33, 34, 35, 36. magna asseveratione contendit, non posse
quempiam fieri bonorum compotem absq³ carnis ipsius, id est subjectic, ut
propriè inheret, & à quo emanat, participatione.

Verum quid opus est proluxa illa asseveratione, quæ me-
ros vendit fucos, & imperitis γλάυκωμα objicit, quasi Cal-
viniani in assertione præsentiae veri & substantialis corporis
Christi tam essent strenui & diligentes.

Si enim larva istis hominibus detrahatur & hypotheses
eorundem penitus introspiciantur, elucescet, quod nihil mi-
nus quam Christi corpus substantiale in cœna accipiant. Ità
argumentor: 1. Illud accipiunt corpus, quod edendum præcipitur
in verbis cœnae. Atqui non ipsum essentiale & nobis consubstantiale
corpus Christi juxta Calvinianos sed signum saltem corporis præcipitur.
Ergo.

2. Quodcumq³ est corpus verè substantiale & tribus dimensio-
nibus constat, in cœlo est usq³ ad extremum judicium, &c. illud non
possunt accipere Calviniani in sacra cœna. Ratio, quia tale cor-
pus non potest esse in pluribus locis in cœlo simul & in terra,
ubi Eucharistia celebratur. Christi corpus est tale corpus. Ergo.

3. Illud corpus accipiunt Calviniani in Eucharistia, quod fi-
dei ore accipi potest. Sed corpus substantiale Christi fidei ore accipi
non potest. Ergo. Minorem probo ex propria ipsorum hy-
pothesi. Nullum spirituale, inquiunt, potest ore corporeo
accipi. Ergo ex contrario sensu: Quod corporeum est, non
potest ore fidei accipi. Eodem enim modo se habet obje-
ctuna

si in classe tradita in
habetur: in sol in
radij sunt: in in h
a. Muscul. L. C. f. 3
c. Heidelberg. Aug
et.

etum spirituale ad os corporeum, ut se habet objectum corporeum ad os spirituale.

Minus quoque rectè dicitur, *non posse quempiam fieri participem bonorum, nisi substantia ipsa fiat particeps*. Subsumo enim. Ergo & Patres in Vet. Testam. habuerunt veram substantiam corporis Christi, ergo non amplius habuerunt umbram? Non crediderunt in venturum Christum, habuerunt substantiam carnis antequam erat. Quæ omnia citra absurditatem affirmari non possunt. Quomodo verò Patres beneficiorum Christo compotes facti sint, vide apud Menzerum tomo 3. disp. Gies. disp. 9. th. 23. & seqq. & in disp. Antistein. 5. th. 71. & seqq.

XIII.

Essentiales & materiales partes Panis & Vinum, verum & essentialia Corpus & Sanguis Domini in actione cœnæ, juxta institutionem Christi invicem sibi sunt præsentissima, ita ut nec Panis absq. corpore, nec vinum absq. sanguine vel adsit, vel distribuatur, quam præsentiam dicimus sacramentalem.

Constant hæc ex ipsis institutionis verbis: Quodcumq; Christus vult, ut cum pane manducetur, & cum vino bibatur, illud pani & vino utique præsens sit necesse est. Sed Christus vult, ut corpus & sanguis suus cum pane manducetur & cum vino bibatur. Ergo. Minoris veritas est in verbis Christi: Accipite, edite, hoc est corpus meum, &c. In quibus maxime τὸ πρῶτον servandum esse constanter affirmamus, & quia hic nihil addit D. F. lectorem ad Theologorum nostrorum scripta ablegamus. Suffragatur huic præsentia Apostolus Paulus 1. Corinth. 10, 15. Ita argument. Illa, quorum alterum alterius *νοῦν* esse debet, invicem conjunctissima sint oportet. At panis debet esse *νοῦν* Corporis, vinum *νοῦν* Sanguinis. Ergo. Adde 1. Joh. 5, 6. & testimonia Antiquit. vide apud alios.

Præsentiam sacramentalem quando dicimus, removemus *Naturalem, Personalem*. In actione cœnæ, quando additur, locū designamus,

gnamus, in quo illa praesentia fit, nimirum non in caelo per fi-
dem evolantem, sed in congregatione Ecclesiae, in qua cele-
bratur Coena i. Cor. ii. Ad panem quando determinatur praesen-
tia, arcetur illa, quae fit per fidem, & alia nominari solet *praesen-
tia spiritualis*, quando fidelis anima Christo mediante fidei vin-
culo unitur & conglutinatur. Quae quidem insequitur ceu
fructus & finis ipsam sacramentalem, non vero ipsam sacra-
menti essentiam ingreditur, & cuius fidelitatem extra coenam
contingit. Quid vero adhuc D. Francus? l. Disp. 21. th. 3. quos-
dam Calvinianorum fuisse ait in ea sententia, non usque adeo laboran-
dum esse de praesentia, quia nullum eius vestigium exstet in verbis insti-
tutionis siquidem 1. Christus non significare voluit, ubi esset corpus suum
2. Paulus non loquitur de *παρουσία* sed de *κοινωνία*. 3. Absentiam poti-
us insinat, quando jubet annunciare mortem Domini. 4. Lutherani
sub voce praesentiae nihil aliud concipiunt, quam existentiam corporis
Christi in pane. Verum causa haec non sunt adeo praegnantia,
ut exinde praesentiam negare cogamur. Licet enim 1. Chri-
stus directe non voluerit significare, Ubi suum corpus esset,
Indirecte tamen & per obliquum hoc facit, quando corpus in
pane distribui & manducari jubet, ut ita corpus sit ubi panis est.
Et cur locum in asserenda hac praesentia subterfugeremus cum Christus
ipse eum non excipiat, sed in illo ipso loco terra eam praesentiam promit-
tat, quam ipse corporis & sanguinis sui *κοινωνία* seu communicatione
definit: & Cyrillus Corporalem vocat: et si modus praesentiae non sit lo-
calis physicus: Quod si alicui id durum videtur, ei durus est Christus, qui
praesentiam suam etiam secundum carnem & sanguinem fidelibus pro-
mittens adverbis localibus *ἐν* & *ἐκ* utitur, Matth. 18, 20. erudite
monet Lobechius disp. 12. in Aug. Conf. th. 90. 2. quia *κοινωνία*
asserit Paulus, ideoque etiam *παρουσία*, illa namque ab hac
esse non potest. Ad 3. Ergo, quia & Deus, quem annunciare &
cuius meminisse jubemur, nobis praesto non est? E. nec corpus
Christi primae coenae interfuit. Distinguat igitur, inter rem ipsam
& rei speciem. Annunciatio seu memoria absentiam non rei
sed speciei subinfert, & inter annunciationem seu memoriam
rei secundum se & secundum aliud & aliud, quae & rei potest
esse

E

esse



esse præsentis, præcipuè vero si invisibiliter adsit. Memoriam hanc Paulus refert non ad corpus simpliciter, sed ad *morem Christi*. Huius itaque salutaris memoria fieri potest, licet ipsum corpus invisibiliter adsit. De quarto non est, quod sint anxij isti præsentia inimici, cum eiusmodi inexistencia in pane ipso fatente D. Franco, sit contra statum controversia, nos quoque sententiam nostram aliquoties sat clarè explicuerimus.

Non gravatur tamen D. Francus huic præsentia locum concedere, imò Calvinianos eandè rectè intellexit & sincere credere asseverat, in quem finem testimonia suorum adducit. th. 5. 6. 7. postea præsentiam quadruplicem facit, Essentialem, seu substantiatam, secundum quam Deus est in omnibus locis, Corpus verò Christi circumscribitur in uno loco nimirum in cælo, quæq; inter substantiam corporis, & inter signa sacramentalia, ratione loci considerata, dicitur involvit th. 15, 16, 17. & 18. 2. Effectivam & Operativam, ad quam haud opus esse iudicat. ut Christus corporaliter existat, ubi virtutem suam exerit th. 28. 3. Præsentiam Objectivam, secundum quam omnia in fidei sunt præsentia Heb. 11, th. 33. 4. Repræsentivam, de qua loquuntur Patres quotiescunq; nobis adesse dicunt corpus Christi in mysterio, sacramento &c. th. 34.

Resp. 1. Notandum diligenter quod Calviniani præsentiam ex verbis Christi Edite, hoc est corpus meum concedere cogantur, sicque superioribus *diaphrasibus* sese opponant. Si vero 2. ex verbis istis Christi iudicium feratur, patebit, nullum horum recensitorum præsentia modorum in illis locum invenire. Substantialem enim talem & circumscriptivam præsentiam ignorant, cum de corpore Christi non ut tali, sed qua cum pane unum constituere debet sacramentum, adeoque non de præsentia substantiali naturali, sed sacramentali loquantur, secundum quam licet ipsum Christi corpus substantiale præsens sit, nulli tamen locorum & circumscriptioni inclusum. Ad hæc falsum est, secundum hanc substantialem præsentiam, Corpus Christi saltem esse in loco & quidem uno. Estne enim in loco, quando subsistit in *λόγω*? Alligatumne est ad locum, quando sedet ad dextram Dei &c. Agnoscant tandem in Corpore

corpore Christi aliquid, quod est supra conditionem naturalem; alias sanè totum evertent incarnationis & exaltationis mysterium. Sic nec reliquos præsentiam modos ex institutionis verbis deducet quispiam. *Non operativam* seu effectivam: quia de ipsa substantia corporis Christi, quod pro nobis traditum est, loquuntur; Et hac ratione vocabulum corporis pro efficacia corporis in verbis Christi poneretur, quod, teste Beza, valde est absurdum. Notandum hic, quod ubicunque operatur humanitas Christi gratiosè, præsens sit necesse est, cum gratiosa operatio præsentiam includat universalem, secundum quam Deus ex divina virtute Enter, præsentem & ubique potenter gubernat. *Non objectivam*: quia hic sermo est non de præsentia ad fidem seu per fidem, quæ potius est absentia quam præsentia, sed de præsentia ad Elementa sacramentalia, quibus mediantibus corpus manducati debet. *Non representativam*: quia quaeritur de vera veri corporis in eo loco, ubi Cæna peragitur, præsentia. Ergo nullus prædictorum præsentiam modorum in verbis institutionis fundatur, & per consequens D. Francus qui præter hos nullum alium agnoscit, nullam in Cæna præsentiam corporis credit & profitetur.

Hic iterum cristas sumit D. Francus & nostros criminis falsi arguit: *Provocat ad testimonium conscientie, provocat ad omnes Christianos, provocat ad publicas Ecclesiarum confessiones, imò fateatur, se nullam partem vel sortem habere cum iis, qui veram novamque corporis & sanguinis Domini ab hoc sacramento secludunt.* disp. 3. th. 49. Verùm ut vanitas & fraus huius protestationis omnibus ob oculos ponatur, & innotescat, nequaquam illis fieri à nobis injuriã, audiemus quid ipse de præsentia proferat. disp. 21. th. 24. *Alio tamen, inquit, quodam modo dicere possumus, Christum substantia corporis sui præsentem esse in actione cænae, & fideles substantialiter, corporaliter, realiter eius fieri participes.* Probat hanc substantialẽ præsentiam quinque rationibus, quas vide thesi dicta & seqq. Quis jã non crederet D. Francũ substantialẽ corporis præsentiam in cæna profiteri? Credat Iudæus Apella, ego nõ, quin intrepidè affirmo, illũ nihil minus quã corpus Christi præsens in cæna relinquere, fretus his rationibus. Primam desumo ex verbis institutionis, quæ suo ipsiusmet iudicio præsentiam fundamentum sunt.

Illud corpus, quod per verba, hoc est corpus meum, intelligitur, in cœna præsens est. Atqui non verum & substantiale corpus, sed signum saltem corporis per hæc verba intelligitur. Ergo. 2. Assumo illa argumenta, quæ pro se adduxit Francus & ea inverto: Quicumque statuit, Christi corpus adesse præsentia objectiva, ille non imaginariam excludit, & substantialem includit, sed vice versa imaginariam includit, substantialem excludit. Sed D. Francus Christi corpus adesse præsentia objectiva statuit. Major patet, quia objectiva præsentia duntaxat est intentionalis & imaginaria. Sicut Colossenses revera abfuerunt Paulo, qui illorum conversationem animo saltemolvebar Col. 2, 5. Sic menti nostræ objectivè potest aliquid esse præsens, per speciem scilicet, licet ipsum objectum longè sit remotissimum. Minor patet ex disp. 21. th. 33. 3. Quodcumque corpus propter proprietates naturales in cœlo tantummodo est, illud in cœna, quæ peragitur in terris præsens esse non potest. Sed corpus Christi juxta D. Francum tale est. Ergo. Plurima argumenta, quæ ex præsentia operativa & repræsentiva alijsque hypothésibus desumi possint, hic non cumulabo. Videantur illa apud autores. Sed quid dicendum ad ea, quæ supra ex D. Fr. allegavimus. Pueriliter peccat ignoratione Elenchi. Non enim ut sæpius jam dictum est de præsentia fidei seu quæ fidelibus corpus Christi præsens est; & verè & fructuosè ab illis manducatur, adeoque ad finem & fructum cœnæ pertinet, controversia est, sed de præsentia ad elementa, & infidelibus communis. Videtur aliàs D. Francus a seclis suis consentire, qui in hoc de præsentia negotio ad vim fidei confugere solent, quæ longè remotissimum Christi corpus præsentissimum facere valeat, uti conjecturare licet ex disp. 21. th. 33. De quo tamen quia pluribus hic non agit, illum ad nostratum libros ablegamus, in quibus satis superque sententiæ hujus absurditas est patefacta.

XIV.

Res Cœnæ materiales non solum invicem sibi indistanter sunt præsentis, sed & arctissimo unionis vinculo modo nobis incomprehensibili & arcano per verbum institutionis in actione cœnæ copulantur, ut
nec

nec panis separatim absque corpore nec vinum absque sanguine, sed mediante pane ipsum corpus, & mediante vino ipse sanguis distribuuntur & accipiuntur, & ita unum fiunt sacramentum. Hæc copulatio seu conjuncta distributio dici solet unio sacramentalis.

Fundatur hæc unio non in generali aliqua sacramentorū unione, sed ipsis institutionis verbis, in quibus Christus accepto pane dixit Edite hoc est corpus meum &c. Quæcunque igitur simul manducari debent, illa realiter sint inter se unita oportet. Sed panis & corpus simul manducari, vinum & sanguis simul bibi debent. Ergo: Nota hîc, per particulam *hoc* in verbis Christi non intelligi solum panem, sed simul panem & corpus, nisi impio & insano conatu verba Christi divellere quis velit, quæ locutiones ut antea etiam dictum, & in scriptura, & in communi loquendi usu haud sunt infrequentes. Paulus speciali nomine *κοινωνία* hanc unionem exprimit 1. Cor. 10. Quæcunque vero se habent ut communicans & communicatum, illa sunt realiter inter se unita & conjuncta. Panis benedictus & corpus habent se &c. Lutherus Synecdoche hanc unionem indigitate solet, non Rhetoricam sed Grammaticam, eamque non constructione sed significatione. Patres eam cum unione personali conferre soliti sunt, eoque testati, tam verè in Cœna Domini in his terris celebrata simul corpus & sanguinem cum pane & vino substantialiter adesse, exhiberi & accipi, quàm verè duæ naturæ in una Christi persona non separatæ aut disjunctæ, nec confusæ & mixtæ, sed verè conjunctæ, & unitæ adsunt: Et vicissim unionem duarum in Christo naturarum similitudine duarum rerum, terrenæ & cœlestis, ex quibus Eucharistia constat, confirmarunt, & hæreticos, qui vel unam tantum naturam, in persona Christi, vel duas naturas separatas, vel qui *χέρες* aut virtute & efficacia conjunctas fingebant, feliciter refutarunt, quod certè facere non potuissent, nisi duas illas res, ex quibus Eucharistia constat, verè & substantialiter simul unione Sacramentali conjunctas & præsentas adesse sine ulla dubitatione statuissent. Differt tamen hæc unio Sacramentalis à personali. In hac n.



duæ naturæ in Christo Divina & Humana^m uniuntur ὁμοῦς
ἕως, in unum personale; seu unam indivisam personam: in
illa verò corpus Christi & panis uniuntur παρασάτιως, non in
unum personale sed sacramentale, id est, in integrum Sacra-
mentum N.T. uti de calice salvator pronunciat.

Unionem ergo, quando dicimus, procul abesse jubemus
ἑνωσίαν, συννωσίαν, μετνωσίαν. Manent enim hic res revera di-
sparatæ, panis & corpus ante & post consecrationem, neque
altera in alteram mutatur vel consubstantiatur, sed per ver-
bum sacramentaliter uniuntur. Arcano & incomprehensibili dici-
tur fieri modo, quia excedit captum mentis humanæ; spiritu-
alis etiam aliquando indigitatur, non propter instrumentum
perceptionis, quodque fide, non ore corporis accipiatur, Non
enim hæc unio est inter fidem & corpus Christi, sed inter rem
terrenam & cælestem. Verum contra distinguitur naturali u-
nioni, quæ vel sensu vel cogitatione comprehendi potest. Tan-
dem & realis nuncupari solet, eò quod duæ substantiæ verè, re-
aliter & præsentissimè sibi uniantur, qua ratione excluditur
unio Typica ἑτική & relativa, ad quam opus non est, ut sem-
per alterum unitorum adsit. Qualis igitur præsentia, talis etiã
unio, sed præsentia non erat ἑτική sed substantialis. Ergo &c.
Ad hanc substantialem unionem (de re non modo loquor)
declarandam, adhibentur particulae illæ, in, cum & sub, tum
à Patribus, tum à recentioribus, quibus, tantum abest, ut
localem quandam inclusionem vel delirèsceniam physi-
cam, vel durabilem extra usum sacramenti permanentiam in-
sinuare velimus, ut potius his veram præsentiam corporis &
sanguinis Christi in cœna ostendamus, & nos ab ijs, qui
peccant in excessu à Pontificiorum μετνωσίαν, sic ab ijs, qui in
defectu à Calvinianorum ἀπνωσίαν esse alienissimos teste-
mur. Unio quoque hæc ex solo instituentis dependet be-
neplacito, nec usurpantium vel incredulitate,
nec fide vel dignitate eorundem perficitur & constitui-
tur.

D. Fran-

D. Francus ut omnia ei sordent quæ à Lutheranis in hac controversia vel adhibentur vel dicuntur, ita & unionis vocabulum non adeo palato arridere suo ostendit. disp. 22. th. 5. 6. 7. quando ex opinione quorundam repudiari hoc ipsum posse arbitratur tum quia sola unio hypostatica hoc nomen sibi reservare debeat, tum quia nec Apostoli nec patres ullam mentionem eius fecerunt, reliquæ rationes nos non ferunt. Quasi verò unum vocabulum non varijs applicari possit rebus, & quasi omnibus saltē ijs vocabulis nobis uti liceat, quibus Patres usi fuerunt; sufficit, quod Christus, Apostoli & Patres in re nobiscum consentiunt.

Agnovit hoc ipsum D. Francus, quando disp. 18. th. 19. reformatos Doctores rectissime & explicatissime unionis terminum ad præsens negocium flectere restatur. Describit verò unionem ita, quod si in legitimo usu fiat, consistat 1. in significando. 2. Repræsentatione. 3. Efficacissima & ex se seu relatione signorum ad signata vi & potentia instituentis Christi subnixa. 4. Conversione mystica symbolorum in corpus & sanguinem Christi. 5. Coniuncta exhibitione panis & corporis, vini & sanguinis facta fidelibus, 6. Ob signatione perceptionis bonorum cælestium. 7. Mutatione denique ipsorum communicantium, qui dignè accedunt, in Christum credunt, quo fiunt os ex ossibus Christi, & caro ex carne Christi, disp. 22. th. 28. In hac descriptione tripliciter peccat 1. Constituendo eam in nuda significatione, repræsentatione 2. Concedendo istam conjunctionem sive conjunctionem exhibitionem solum fidelibus, cum tamen unice ab instituyente dependeat, nec vel incredulitate vel fide hominū annihilatur vel perficiatur. 3. peregrinum adscribendo fructum & finem, ob signatio enim perceptionis bonorum cælestium & mutatio ipsorum communicantium non effectus est unionis, sed ipsarum rerum verbo divino unitarum. 2. Adtuendam hanc unionem Lutheranos excogitasse scribit, ubi quædam tanta præfidentia, ut hoc in prima acie collocent argumentum, quod ex $\pi\alpha\nu\tau\alpha\chi\sigma\tau\iota\alpha$ corporis Christi peti ab ipsis consuevit. Verum tanta præfidentia nobis hæc affricat D. Francus, ut eo ipso omnem pudorem abjecisse merito censeari possit. Annon enim omnes ad institutionem provocant, & ex ea hanc unionem esse æstimandam docent, profitentur, clamitant.

Lutherus

Lutherus tamen inquit, abreptus fervore certaminis & odio quod in Helvetios conceperat victus affirmare non dubitaverat in libro quod firma stent verba H. E. C. M. Tom. Jen. pag. 193. b. inexistenciam corporis Christi in pane inferri ex sessione ad dexteram Dei, etiamsi, inquit, Christus nunquam hæc verba pronunciaisset. H. E. C. M. Ego vero D. Francum hinc reum ago 1. Calumniæ. Quo testimonio probabit non veritatis sed certaminis fervore & odio in Helvetios tanto zelo hoc negocium gessisse? 2. Criminis falsi. Licet enim aquila vel Lynce perspicacior esset, vix tamen in allegato loco verba hæc inveniret, contrarium sane ex ipso Lutero postea videbimus. 3. Confusionis, quando in Lutheri scripto non distinguit fundamentum probationis & Refutationis. Cum enim de Posse disputatur, idque ex artic. de Ascensione &c. negatur, tum rectissime contra Zvvinglianos argumentum ex Omnipræsentia Christi, quam habet ex se. ad dextram, urget: Loquatur pro seipso Lutherus ex eodem libro f. 350. A. Hiermit mehre wol genug den Schwermern geantwortet. Denn weil wir so viel erstritten/ vnd gewinnen/ das der Spruch Christi (das ist mein Leib) noch fest stehet / vnd ihre besten grunde nichts sind/ vnd ohn alle beweisung nacket vnd bloß/ so stehen auch gewißlich noch fest alle andere Sprüche vom Abendmal Christi etc. Et post pauca: Doch vmb der vnserigen willen zu stercken wil ich weiter handeln wie der Schwerner grund vnd ursachen nichts sind/ vnd zum vberfluß beweisen/ das nicht wieder die Schrift noch Articull des Glaubens sey/ das Christus Leib zugleich im Himmel vnd im Abendmahl sey/ wiewol ichs den Schwermern nicht schuldig bin zuthun / sondern sie zu beweisen schuldig sind / dz wieder die Schrift sey / etc.

3. Contra unionem illam realem ita argument: th. 24. Si verum est, Corpus Christi per suam $\omega\alpha\nu\tau\alpha\chi\sigma\tau\iota\alpha\nu$ vel $\omega\alpha\nu\tau\omicron\lambda\omicron\tau\iota\alpha\nu$ uniri pani sequitur, non magis in omnibus panibus esse corpus Christi quam in pane Eucharistico,

Resp. Sed jam constat antecedens à nobis nequaquam asseri. Habet quidem ut possit uniri panibus ex Omnipotentia sed quod ipso actu uniatur huic & non omnibus, id totum efficacissimi.

efficacissimis institutionis verbis acceptū ferendū, quod quia
de omnibus panibus non extat, nec omnibus illud uniri di-
cendum est. Prævidit hanc *ἐπιτροπή* Lutherus, illamque his
verbis proposuit in d. l. p. 354. b. f. 2. Auff diese Rede werde ich
vielleicht nun andere Schwermer kriegen / die mich fahen wol-
len / vnd fürgeben / Ist den Christus Leib an allen Enden / Ey so
wil ich ihn fressen vnd sauffen in allen Weinhäusern / aus allen
Schüsseln / Gläsern vnd Kannen / so ist kein Unterschied / vnter
meinem vnd des H. Ernn Tisch. Post alias verò responsiones
& hanc addit pag. seq. Also auch weil Christus Menschheit
zur Rechten Gottes ist / vnd auch nun in allen vnd vber allen din-
gen ist / nach art Göttlicher Hand / so wirstu ihn nicht so fressen
noch sauffen / als den Kohl vnd Suppen auff deinem Tisch / er
wolle denn. Er ist nun auch unbegreiflich worden / vnd wirst
ihn nicht ertappen ob er gleich in deinem Brot ist. Es sey denn
daß er sich dir anbinde / vnd bescheide dich, zu einem sonderlichen
Tisch durch sein Wort / vnd deute dir selber das Brot durch sein
Wort / da du ihn essen solt / Welches er denn thut im Abendmal /
vnd spricht: Das ist mein Leib / als solte er sagen / daheim magstu
auch brod essen / da ich auch frenlich nahe genug bey bin / Aber dis ist
das rechte rōr daß / das ist mein Leib / wenn du dis ißest / so ißest
meinen Leib / vnd sonst nicht / Warumb? Darumb / daß ich mich
hie wil mit meinem Worte hefften / auff daß du nicht müßest
schwermen / vnd mich wollen suchen an allen Orten / da ich bin /
& c. Regerit. D. Fr. *Si institutionem urgent Adversarii præsentiam Sa-*
cramentalem perdunt. Qui sic, inquam ego? Annon & ipse
præsentiam substantialem ferventissimo sane conatu defen-
dis ex verbis institutionis? maximè. Ergone ipsemet perdis
substantialem præsentiam, quam ita strenue asserabas. En ar-
gumentum. Qui ex institutione urgent præsentiam Christi,
illi perdunt substantialem præsentiam. D. Fr. & complices hoc
faciunt. E. Quam verò hujus consequentiæ assignat ratio-
nem? Sicut, inquit, *substantia Dei, cui suo modo æqualem hic faci-*
unt Humanitatem Christi; adest per effectum specialem, ubicunq;
singulariter & gratiose adest: ita sane statuere oportebit etiam de
carne Christi, quod sacramentalis præsentia ratio non fundetur in sub-
F stantiali

stantiali unione sed in efficaci operatione, eaq; speciali, quae sola symbola
attingat. Ubi in *μεγαλεισ* agit de praesentia in *ἀπόδοσι* de U-
nione, quae licet invicem consequantur non tamen sunt ea-
dem. Argumentum si directe concludere deberet, tale foret.
Quocumque modo Deus adest gratiose per effectum specia-
lem, eo modo & caro Christi in S. C. adest elementis. Sed De-
us non adest semper substantialiter, quando per effectum spe-
cialem & gratiose adest, multo minus ei rei cui adest substan-
tialiter unitur. E. nec caro Christi substantialiter elementis
adest, multo minus illis substantialiter unitur. Ratio mayo-
ris ista est, quia caro Christi gratiose per & per speciale quan-
dam operationem secundum institutionem adest elementis.

Resp. Per inficiationem majoris & ejus rationis: Nequa-
quam eadem est praesentia gratiose Dei, & praesentia corpo-
ris ad elementa. Illic Deus creaturis adest ut causa efficiens &
specialiter aliquid in iis operatur, hic corpus pani ut pars al-
tera essentialis parti alteri essentiali. Illam unio non semper
sequitur, hanc vero omnino propter expressum mandatum,
quo jubetur, ut simul exhibeantur & manducentur, quod absq;
unione fieri nequit. In minore quoque plane *ἀθεολόγως* &
impie de praesentia Dei gratiose sentit, eam universali seu es-
sentiali opponendo, cum tamen altera alteram includat &
praesupponat, adeoque Deus ubicunque & quocunque modo
adest, per essentiam adsit, etiamsi non semper ei rei cui adest
uniatur, quod tamen praesentiae substantiali nil quicquam de-
rogat. Tantum iccirco abest, ut hac ratione perdatur substan-
tialis praesentia, ut potius firmum in ea inveniatur praesidium.
Inverto enim argumentum ex hac hypothese ita: Ubicunque
caro Christi adest gratiose propter efficacem operationem,
ibi adest substantialiter, Ratio manifesta, quia adest praesen-
tia divina gratiose, quae semper includit substantialem praesen-
tiam. Sed caro Christi in Coena pani adest per efficacem ope-
rationem, secundum propriam hypothesein. E. adest substan-
tialiter. Obiter hic noto argumentum contra Calvinianos
de praesentia corporis in Coena frustra gloriantes: Quicunque
docent carnem Christi adesse gratiose in Coena, illi perdunt
substan-

stantialem præsentiam, quia juxta hanc doctrinam gratiosè
adesse & substantialiter adesse opponuntur. Sed Calviniani hoc
faciunt. E. Adhuc unum obstreperit unioni sacramentali disp. 22.
th. 25. quod ita habet. *Quodcūq; per ubiuitatē pani unitur, illud ve-*
re comedi nō potest. Sed corpus pani per ubiuitatē unitur. E. R. Quo-
ties falsitas illius hypotheseos est monstrata, quid igitur iuvat
ulterius addere, cum aliās hoc argumentum non tam unio-
nem quam sacramentalem manducationem feriat. Quando
ergo ex hac hypothese contra unionem disputat, annon ipse-
met suspicandi ansam subministrat, tam morbidam esse cau-
sam suam, ut non nisi ementitis medicamentis curari queat.

XV.

Qualis unio talis prædicatio.

Sicuti prædicatio ex unione fluit, ita ex illa judicanda est.
Prout enim res se habet in esse, ita & in prædicari. Quia igitur
unio ista fuit sacramentalis, in qua res duæ disparatæ quidem
manent, ad unum tamen sacramentum conficiendum con-
currunt, ideo ut simul accipi & manducari queant, quod citra
unionem omninò esset impossibile. Ita in prædicatione hac
disparatum de disparato prædicatur non tamen ut disparatum,
hoc est non prædicatur una substantia seu essentia de al-
tera, nēpe substantia corporis & sanguinis Christi de substantia
panis & vini. Eo quippe sensu potius dicendum esset, Panis
non est corpus Christi & corpus Christi non est panis, sed pro-
ut sacramentaliter alterum alteri est unitum & in hoc usu
sacramentali alteri inservit. Unde neq; extra unionem de pa-
ne corpus nec de vino sanguis prædicatur, sicuti nec divina
natura de humana extra unionem enunciatur. Quem-
admodum ergo evidens argumentum est, unionem per-
sonalem esse causam prædicationum personalium, quia
extra eam seu in abstracto non inveniuntur: ita quo-
que evidenter demonstrat, unionem sacramentalem esse cau-
sam sacramentalium propositionum, quod non extra unionē
possit corpus de pane prædicari. Unde jam emergit istiusmodi



propositio: Panis benedictus seu panis Eucharisticus, quando
secūdū institutionē manducatur, est corpus Christi, videlicet,
sacramentaliter: Planè sicut Paulus dicit, Panis, quem fran-
gimus est *νοῦνοια* corporis &c. Sic explicata hæc propositio
ad amissim quadrat cum illa scripturæ, *hoc est corpus meum*.
Ubi demonstrativâ hoc illa unio sacramentalis innuitur,
quippe. qua totum complexum nempe panem & corpus com-
prehendit, & cujus præcipua pars, quæ sensibus patet, utpote
corpus & sanguis Domini expresse nominantur, sicuti in o-
mnibus exhibitivis & demonstrativis locutionibus in propa-
tulo est, quas latius explicatas vide apud alios. Ad hanc quo-
que normam propositio illa Ecclesiastica, panis est corpus, exi-
genda venit, cui si congruit, eam admittimus; sin minus, ut
verbis & Antiquitati orthodoxæ ignotam repudiamus. Quia
verò in hisce propositionibus duæ substantiæ disparatæ de se
invicem vocabulis substantivis ob inusitatissimam & arctis-
simam unionem affirmatè enunciantur, eas inusitatas Theo-
logi nominare solent, propterea quod nec exemplum simile
& quoad res ipsas, & quoad causam, & quoad modum præ-
dicandi in latissimo rerum naturalium circulo reperiri queat.
Quibus etiam annumerantur prædicationes personales, non
ideo quasi unio specialis utrobique sit eadem, ut antea de-
monstratum. Sed quod in generali illo incomprehensibili u-
nionis modo, quo duæ disparatæ res uniuntur, & de se prædi-
cantur, conveniunt.

D. Francus duas disp. hisce prædicationibus insumit, in
quarum altera inquit in modum propositionis, quomodo
corpus de pane prædicetur, in altera inusitatas examinat,
damnat. Quoad primam, omittis illis, quæ ad rem nihil
faciunt *presupponit particulam Est esse notam identitatis, cujus vi
unum verè dici potest alterum* disp. 23. §. 14. & §. 15. *in omni affirma-
tione, inquit, proprie dicta, nomine est significatur aliqua identitas
subjecti & prædicati: Tanta quidem, ut subjectum & prædicatum
supponere necesse sit pro eodem.* Resp. Confundit affirmationem
& identitatem, prædicationem affirmativam & identicam. EST
nota quidem est, quod unum de altero dicatur, & sic nota af-
firma

firmationis; non vero quod unum sit alterum, & sic nota i-
 dentitatis. Sic in prædicatione identica subjectum & præ-
 dicatum supponunt pro eodem, & idem prædicatur de eo-
 dem, in prædicatione verò affirmativa aliud est subjectum, a-
 liud, quod de subjecto effertur. Unde quidam Logicorum
 identicas prædicationes pro veris logicis agnoscere nolunt.
 Sic igitur habe: *Ubiq; copula EST habetur, ibi aliquid de alte-
 ro prædicatur & affirmatur.* Pergit jam D. Francus θ . 17. *Quæ
 unum sunt, & enunciationibus identicis, quæ sunt per verbum substan-
 tivum EST subjiciuntur, aut substantia, essentia & forma sunt unum,
 aut subjecto seu supposito, aut quadam duntaxat alterius ad alterum
 relatione, quæ in analogia, significatione aut similitudine consistit.*
 hoc est, ut postmodum seipsum explicat, quæ prædicantur
 de se invicem, aut prædicantur $\sigma\upsilon\nu\omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$ aut $\pi\alpha\rho\omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$, aut
 $\acute{\omicron}\mu\omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$. Ad primum refert propositiones de filio Dei θ . 19.
 disp. 23. *Quia enim idem Deus est, qui est homo, & idem Homo, qui
 est Deus, rectè dico, Deum & hominem substantia seu persona & hypo-
 stasi idem esse, seu unum eundemq; esse, qui est Deus & Homo.* Deindè
 quærit, ad quemnam modum propositiones sacramentales
 revocare velimus θ . 23. Ad primum non posse respondet, quia
 panis non est de substantia seu hypostasi corporis, quod quidem asseverasse
 contendit, qui panem ad hypostasim Corporis Christi assumptum dix-
 erunt, à qua sententia non multum abesse quidam ex Lutheranis viden-
 tur: qui mysticarum, quas vocant propositionum duo genera faciunt,
 personalium alterum, alterum sacramentalium &c. Neque ad se-
 cundum modum opinatur quempiam relaturum, cum $\pi\alpha\rho\omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$
 Christi corpus de pane non prædicetur, nisi forte panem corporeum seu
 corpus panaceum quispiam dicere vellet. Restat ergo ut $\acute{\omicron}\mu\omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$ certum
 signum de signato equivocè & figuratè de pane Christi corpus enuncie-
 tur. Si syllogismo totus hic includeretur discursus, ita se habe-
 ret: *Quæcunque prædicantur de aliquo, illa vel prædicantur synonymi-
 cè, vel paronymicè, vel homonymicè. Sed de pane corpus non dicitur sy-
 nonymicè neq; paronymicè. Ergo homonymicè.*

Resp. Nihil dicam, quod parum $\acute{\alpha}\nu\epsilon\beta\acute{\omega}\varsigma$ in hisce pro-
 ponendis versetur D. F. quando has prædicationes ad identi-
 cas refert, cum maxima tamen inter has & illas sit differentia,

sicuti etiam inter unum esse & idem esse. Licet enim quædam sint de essentia rei & sic unum constituent, non tamen statim sunt eadem, quod clarius patet ex prædicationibus ipsis. In prædicatione Univoca genus prædicatur de specie, species de Individuo, ut: Homo est animal, Petrus est homo. Nec tamen pro eodem hic supponunt Homo & animal, Petrus & homo: In prædicatione synonymica accidentia prædicantur de subjectis, ut corpus est animatum. Nec tamen corpus & animatum sunt eadem, In prædicatione æquivoca, Herodes est vulpes, in qua iterum subjectum & prædicatum non pro eodem supponunt. Corrigat igitur linguam & cum Logicis logicè loquatur. 2. Minus accurate ex eo prædicationes personales ad univocas refert, quod persona seu hypostasi eadem sunt Deus & homo, quia *substantia pro hypostasi aliquando sumatur*, cum non hic vulgaris, sed maximè exquisitus loquendi modus meritò attendatur. Ad rem quod attinet, dico; minimè has prædicationes esse univocas, quandoquidem nec homo sit de essentia Dei, neque Deus de essentia hominis, quod tamen maximè proprium est propositionum univocarum. Adde, quod in hisce prædicationibus univocis prædicatum sit quoddam universale, in prædicationibus verò personalibus singulare. Sed instat D. Francus, *hominem esse tamen de essentia hypostaseos, siquidem Deus & Homo jam sunt una persona*: Resolvenda igitur juxta illius mentem hæc prædicatio ita: Deus & Homo est Homo seu: Homo & Deus est Deus, & ita esset prædicatio partis unius de toto *ὑφισταμένω*. Sed fallit iterum D. F. Non enim hic prædicatur altera natura de toto *ὑφισταμένω*, sed una natura de altera, in concreto tamen, hoc est unione personali. Præterea: Nulla pars de toto prædicatur univocè, sed paronymicè, & sic non in casu recto, sed obliquo. Ut non dico: Homo est anima, sed Homo est animatus. Hic verò rectè dico: Homo est Deus, & Deus est Homo. Ut nihil addam, hæc propositiones esse reciprocas. Pos-

fam

4
tam enim dicere : DEUS est Homo, & Homo est DEUS, quod in univocis reliquis non contingit. Sic igitur nulla ratione ad univocas revocari possunt, multo minus ad identicas, quod facit th. 25. quando in hac propositione : DEUS est Homo subjectum & predicatum supponere dicit pro eodem, Quae enim esset ἀδολεχία dicere : Deus est DEUS, Homo est Homo. Sic enim secundum identicarum propositionum naturam resolvendae essent hae praedicationes.

Quare verò unionem negat esse causam propter quam Homo de Deo possit enunciari? & saepissimè hanc regulam inculcat : *Nulla est tam arcta unio & conjunctio, propter quam res de re identice* (hoc est affirmativè secundum illius Logicam) *praedicetur* disp. 8. th. II. disp. 15. th. 26. & disp. 22. th. 24. Quid igitur fiet de propositionibus personalibus? Annon Deus de Homine, & homo de Deo verè praedicatur, & quidem propter unionem personalem? Aliam enim praedicationis causam nec scriptura nec Ecclesia haectenus novit, D. Francus verò illam tradit, nim. identitatem seu unitatem personae. Quæro verò ex D. Franco, in quo consistat unitas personae? Annon quod duae naturae in una persona sint unitae & sic in una hypostasi subsistant. Sic haectenus fuit creditum. Unitas igitur personae nihil aliud est, quam unio & conjunctio duarum naturarum in una persona. Sicut unitas suppositi animae & corporis nihil aliud est quam illa conjunctio essentialis animae & corporis. Et sicut illa unio animae & corporis essentialis, causa est, quod anima de corpore praedicatur, licet non in abstracto, cum extra unionem hoc non procedat. Sic & unio naturarum unica causa est praedicationum personalium, siquidem extra hanc unionem non daretur talis personalis praedictio.

Vive

Vi veritatis adactus hoc ipsum fateri cogitur D. Francus disp. 24. th. 25. quando ex Chemnitio scribit: *quæcunque in uno supposito uniuntur, illa de se invicem prædicantur &c. & th. seq. &c. In propositionibus de Filio Dei eadem notatur hypostasis seu substantia, cuius nexus res fortissimè unit, imò ut Scholastici loquuntur prorsus identificat. Ita argumentor: Quodcunque res identificat; hoc est de se invicem affirmatè prædicari facit, illud est causa prædicationis. Nexus hypostaseos, (per quem nihil aliud quam unionem naturarum intelligere potest, Non enim necitur hypostasis ad naturam, sed natura naturæ unitur, & hypostasis ambas naturas necit) hoc facit. Ergo. Nil igitur prædicationes personales minus sunt quam univocæ. Sed ecce! quo Spiritu in constantiæ & vertiginis feratur D. Francus disp. 24. th. 25. has prædicationes ad paronymicas refert. Tradit regulam, quam dicit nullam pati instantiam. *De quolibet supposito ὁμοωνυμῶς per vocabulum EST prædicari ejus attributa sive Accidentalibus sive Substantialibus in concreto.* Subjungit huic regulæ exēpli loco prædicationes personales. Ego exinde ita argumentor: Ubiq; de subiecto prædicatur attributa &c. illa prædicatio est paronymica juxta propriam Paronymicarum definitionem disp. 23. th. 20. Sed in propositionibus de Christo tale quid prædicatur. De qua tamen applicatione postea videbimus. Ergo Alias exemplum non quadraret ad regulam.*

Jam ad propositiones sacramentales & ad Syllogismū D.F. Resp. i. in genere. Conclusionem esse blasphemam & impiam, quod ita demonstro: Omnis prædicatio in qua est ὁμωνυμία est ambigua & fallax. ὁμωνυμία enim est errorum genitrix. In hac propositione Sacram. est ὁμωνυμία. E. Igitur ne Christus hac prædicatione homonymica homines fallere, ludere & litium segetē spargere voluit? O blasphemiam. 2. ad minorem peccare eam in principia Logica. i. De tali namq; prædicatione homonymica, qualem illa proponit, nihil unquam Logica novit. Homonymicā prædicationē dicit Logicus non quando ὁμωνύμων unum prædicatur de altero, sed quando pro altero ponitur e. g. Herodes est vulpes, homonymica est prædicatio, non quia vulpes prædicatur de Herode, sed quia

ὁμωνυ.

ovipula est, in vocabulo vulpis, quod pro astuto ponitur. 2.
Quando signum de signato in casu recto enunciari affirmat, cum
canon habeat Logicus: Relata non synonymice sed paronymice
prædicantur. Relatum enim non est correlatum sed relati corre-
latum: Ita signum non est signatum sed signati signum: Taceo
quod ejusmodi prædicationes, in quibus signum prædicatur de signa-
to & contra, nec obvia in scriptura, nec in Theologia, non Phi-
losophia, non authore ullo recente, vetere, profano, sacro, sicuti
de inusitatis loquitur disp. 24. th. 5. 3. Limitando majorem. Quæ-
cumque sunt in circulo rerum naturalium & ita de se invicem præ-
dicantur, ea ad horum prædicandi modorum aliquem referri de-
bere & posse. Limitata ita majore labascit minor. Non n. puto
tam à religione alienum fore D. Fr. ut has prædicationes iis an-
numeret, quæ ex naturali rerum inter se habitudine resultant. Vel
si universaliter de omnibus rebus intelligendam urgeat majorem,
eam nego propter insufficientem enumerationem. Datur enim ad-
huc alius prædicandi modus, inusitatus scilicet, quo duæ res di-
sparatæ affirmative de se invicem enunciantur, quem tum demum
negare potest, quando vel exactè ad regulas Logicas sæpenomi-
natas prædicationes quadrare, vel similia exempla in naturæ lati-
fundio reperiri demonstrabit.

Jam ad minorem dico, si hypothesebus D. Franci standum
esset, has prædicationes paronymicis accensere possemus. Ita
enim ex prædicta regula concludo: Ubicumque attributum acci-
dentale prædicatur de subjecto, ibi est prædicatio paronymica.
In hæc propositione, Panis est corpus, attributum accidentale nim.
signum esse, quod pani accidit & accidentaliter attribuitur, de sub-
stantia prædicatur. E. sic juxta ipsas Calvinianorum hypotheses
non opus est ut referantur hæc prædicationes ad figuratas, cum
commodissimè inter paronymicas computari possint. Sed satis de
his. Pergimus ad inusitatas: quibus adeo infensus D. F. ut vix
illi verba suppetant, quibus eas dehonestare possit. Quid per illas
intelligamus jam liquet ex superioribus, ut & hoc: nos has pro-
positiones minimè effinxisse, & postmodum hisce mysteriis appli-
cuisse, sed istas potius ex ipsis rei visceribus deprompsisse, ut in-
juriam hic nobis fieri meritò queramus.

Tribus vero machinis eas funditus demoliri & subruere co-
natur. Experiemur quæ roboris habeant.

1. *Cujus rei nulla facta est mentio in V. Ecclesia, illa neque hodie inve-*
benda

G

benda

henda est. Sed inusitatarum prop. &c. E. Min. prob. quia Bonaventura, homine superstitioso vivente & authore initialem suum diem viderunt disp. 24. th. 12. 13. 14.

2. *Quarumcunq; prædicationum exempla in quotidiano loquendi usu occurrunt, in illis nihil inusitati habetur, sed personalium & sacram. exempla. &c. E. Etenim, inquit, de sacram. th. 16. non in sacramentis solum sive V. sive N. T. usitatissimum est, nomen signi, signato & contra attribueri: sed etiam in communi loquendi usu quodlibet fere signum nomen sui signati indipiscitur, præsertim si inter signum & rem signatam quaedam interveniat similitudo. De personalib. agit th. 25. in qua dicta tradit regulam. De quolibet supposito &c. (Ubi singulari puto studio esse posita, attributa & quidem substantialia, ut sub his comprehendi posset humanitas Christi) cui postmodum propositionem, Deus est homo, applicat, jungens. Hactenus e. nihil alienum à Logica, nihil inusitatum, peregrinum, irregulare, singulare in horumve terminorum de se mutua enunciatione deprehenditur.*

3. *Ubi nulla est in subjecto & prædicato singularitas, ibi nulla quoq; est inusitata prædicatio. In dictis propof. &c. E. Maj. prob. 1. quia subjectum & prædicatum, seu materia est principium ex quo fluit singularitas. 2. nulla dantur exempla in qua propter attributionem irregulares judicentur prædicationes. 3. non potest dari ratio cur in aliis quidem ob proprietatem terminorum fiat usitata seu regularis prædicatio, in aliis vero eadem proprietate retenta existat inusitata prædicatio. th. 22. dd.*

Resp. 1. ad majorem limitando. Cujus rei nulla facta est mentio vel λέξει vel διαβοία. Probet jam D. F. ante Bonaventuram has prædicationes nec quoad διαβοίαν antiquæ Ecclesiæ fuisse ignotas, & simul probabit: illi nec de mysterio incarnationis, quod Deus sit factus homo, nec de S. Domini Coena, quod panis in ea sit corpus Christi quicquam constitisse. In 2. vix aliquid est quod Logicam sapit. Major enim per quam est falsissima. Non n. prædicationis ratio ex materia seu ex subjecto & prædicato, sed ex habitudine prædicati ad subjectum desumitur. Ut n. in prædicatione res non amplius spectatur, quatenus est nomen vel verbum, sed quatenus subjectum & prædicatum h. e. quomodo alterum subijciatur alterum vero de eo prædicetur: sic etiam non simpliciter ex re & materia sed ex forma & prædicationis modo propositio dijudicanda est. Unde si maxime in re ipsa seu subjecto & prædicato nulla sit singularitas, quia tamen habitudo prædicati ad subjectum singularis & inusitata est, & prædicationem talem esse rectè statuitur. Appli-

co.

co. In his præd. Deus est homo. Panis est corpus, non attenditur
quid sit Deus, quid homo, quid panis, quid corpus: sed quomodo
homo ad Deum, corpus ad panem se habeat & prædicetur, quæ ha-
bitudo quia non est naturalis sed omnes Logicorum canones &
regulas transcendit, sequitur quod & hæ prædicationes legi-
bus istis logicis ita non subiaceant sed in usitati quid in illis late-
at. His ita præmissis probatio minoris prima expirat.
Secunda valdè inepta, & ridicula est, si enim simile inveniretur
exemplum, quid conduceret illas indigetare inusitatas: De 3.
constat ex dictis. Solvit ipse D. F. sui oblitus & contradictio-
num tricis se involens nodum hunc ad eundem fere modum th.
23. ubi negat propter materiæ singularitatem excogitandam esse
novam prædicandi rationem, quia Logica non ipsas res sed *τρόπον*
tantum *ἰσχυρισμῶν* sibi habeat propositum, sicut modum argumen-
tandi, prædicandi, definiendi. Nos exinde ita concludim⁹. Si Logica
non res ipsas sed modum prædicandi curat, sequitur secundum Lo-
gicam non debere ex re & materia sed ex modo prædicandi de præ-
dicationis regularitate vel irregularitate judicari. Sed verum pri-
us E. & posterius. 3. Theologo sane indignum est: si enim in præ-
dicationibus hæc nihil occurrit inusitati nec res ipsa erit inusitata:
Prædicatio namq; sequitur rei naturam. Quare igitur scriptura
ὁμολογῶμεν ὅτι μὲγα μυστήριον indiget, quod Deus manifestatus
sit in carne! quare Patres adeo sanctè & religiosè de Sacramento
cænæ Dominicæ loqui consueverunt, ut tremendum mysterium il-
lud vocitarint. Videat D. Francus ne oppugnando inusitatas præ-
dicationes impietati liter & omnem abneget Theologiam. Quod
ad rem ipsam, simpliciter nego, in propof. Sacram. esse prædicatio-
nem signi de signato propter rationes antea allatas, & Francum hæc
ratione urgeo, si sola est prædicatio signi de signato in propof. Sa-
cram: sequetur nihil mysterij contineri in his propof. quia talis
prædicatio est vulgarissima. Omnem vero abjurasse videtur Theo-
logiam in prædicationibus personalibus. Estne attributum *ὑπόστα-
σεως* humana natura. Ita sane sit necessè est, si exemplum regulæ
accommodatum esse debet. Ergo vel accidentale vel substantia-
le, non illud, quia accidens non est. E. hoc. Omne autem attribu-
tum substantiale extrinsece saltem subiecto adhæret. Humana na-
tura est substantiale attributū *ὑπόστασεως* E. extrinsece saltem adhæ-
ret: E. jam non subsiste- *ἴτις* plus in *ὑπόστασει τῆς λόγου*, non unita erit
λόγου personaliter; nulla erit naturarū *περιχώρησις*: summa, accide-
ntalis

realis & externa erit unio. Hoccine est bellum inferre prædicationib.
inuitatis, ut simul ipsū incarnat. mysteriū enerveretur, evertatur?
Desistat D. Franc. à tali proposito, vel nulla ratione impietatis su-
spicionem amoliri poterit. Mitigat iccirco duras istas locutiones, &
ch. 23, inquit se cum quoquam contendere nolle cui forte libeat inuitatas
vocare propositiones de filio DEI, quod nusquam alibi reperiantur due
rationales nature coivisse in unam hypostasin nisi in hoc summo fidei nostræ
de incarnatione mysterio, &c. (quasi vero & nos ideò inuitatas has
prop. non vocaremus) sed hoc controverti dicit, an propter materiae sin-
gularitatem nova prædicandi ratio excogitanda sit, quoniam 1. Logica non
ipsas res, sed τ ποτε tantum ἐπισημῶς sibi habeat propositum, modum scienti-
di non ipsam scientiam, sicut modum argumentandi, definiendi, &c. 2. si ex
rebus ipsis quæ cuiq; disciplinæ subjectæ sunt, differentia prædicationum pe-
tenda esset, tot inde enascerentur prædicationū genera, quot sunt disciplinae
& disciplinarum capita, quo nihil absurdius fingi potest. Resp. Quæ
consequentia? Logica saltem versatur circa modum prædicandi. E. vel propt.
materiae singularitatem vel varietatem non excogitanda nova prædicandi
ratio. Invertendum potius hoc est. Quia dantur res variæ & singulares, ide-
oq; & Logica varias & singulares facit prædicandi modos, quandoquidem
ex ipso rerum naturalium latifundio prædicationes desumit, & quot respe-
ctus seu habitudines rerum ad se invicem animadvertit, tot facit prædicatio-
num modos. Quia vero in natura non plures quam duos generales rerum
ad se invicem reperit respectus, substantialem nimirum, & accidentalem Quo-
circa nec plures facit prædicandi modos. Sed quid hæc ad rem? Omnino ni-
hil. Logica ut materiae seu mysterii huius singularitatem & sublimitatem i-
gnorat, quippe naturæ limites egreditur; ita nec ad quemquam suorum mo-
dorum referre potest, adeoq; altum de his in Logica silentium. Theologia
vero, quia videt hominem de DEO & vicissim DEum de homine prædicari,
nec tamen ad ullum Logicorum prædicandi modorum quadrare, recte eas
inuitatas vocat, propter inuitatam rerum ad se invicem habitudinem & e-
nunciationem. Progrediendum nunc esset ulterius ad ea, quæ ad formam
& finem S. Cœnæ facere videntur. Verum quia D. Francus ex professo in
hac parte de illis non agit, pedem hic figimus, reliqua alii loco & tempori
reservaturi. Regi autem seculorum immortalis, invisibilis, soli sapienti
Deo, honor & gloria in secula seculorum,

Amen.

F I N I S.

Errata graviora benevolus lector ita corrigat. In tit. l. 13. et. a. 2. f. 1 l. 3. nostræ
rū. l. 6. Franc. l. 10. l. exercitū. a 2. f. 2. l. 8. controversia. a 3. l. 24. l. 3. trucidatos. a 4. f.
1. tum l. 7. discurrentē. l. 33. verbis a 4. f. 2. l. 3. statumnamus l. 34. mysteriorū b 1. f. 2. l.
2. ferè l. 17. criminosisimè b 2. f. 1. l. 12. actionem b 2. f. 2. l. 2. possideat b 3. f. 1. l. 20. de-
struunt b 3. f. 2. l. 1. placitoc 1. f. 2. l. 19. minutulos l. 22. dele non l. 31. spectamus c 2. l. 24.
illud c 2. l. 22. unitū c 3. f. 2. l. 30. de d 1. f. 1. l. 3. furore. . 1. l. 28. est d 4. f. 2. l. 4. sub-
stantiæ ipsius e 1. f. 2. l. 2. mortem e 2. f. 1. l. 9. cum b 1. l. dele Deus e 3. f. 1. l. 18. l. Syncho-
dochen F 4. f. 2. l. 28. l. genitrix &c.



914 A 7578

ULB Halle 3
002 715 147




f


sb.

1017

10/1939







APHORISMORUM
DE
S. S. COENA DO.
MINI.

PENTADecas

Annunte altissimo

In illustri VVitebergensi Academia,
sub. presidio

Dn. FRIDERICI BALDUINI,
S. S. Th. Doct. & Professoris publici, Facult. Theol.
Senioris venerandi, Ecclesiarum Electoratus Saxonici Super-
intendentis generalis vigilantissimi & Consistorij Witeberg. Af-
fessoris solertissimi. Præceptoris, Fautoris & promotio-
ris sui omni observantiæ cultu jugiter
prosequendi

Publicè ad disputandum proposita a
M. FRIDERICO SCHÖNINGIO Stetinensi
Pomerano, Ecclesiæ Gartzenfis designato Pa-
store & Præposito

In Auditorio majore 24. Januarij.

WITTEBERGÆ

Excudebat JOHANNES GORMANNUS,

Anno M DC XXIII.

Errata

